


2. 4. 1833. Oct. 6.
4. 4. 1833. Oct. 6.

FL

HALLE a.S.
Universität
~~1792~~
Dissertationen
1792-94


1. Deutsch, Chr. Frdr.: De graviditate abdominali. 1792.
2. Woltaer, Joh. Chr. & Stolzen, Chr. J. L.: De furibus armatis. 1792.
3. Gautier, Joh. Louis.: De irritabilitatis notione ... 1793.
4. Meckel, Phil. Frdr. & Marschke, Wihl. Th.: Historia litis verae-sectionis in pleuritide saec. 16. in primis habita. 1793.
5. Meckel, Phil. Frdr. & Scheller, Andr.: De hydrocephalo interno. 1793.
6. Pepers, Gorwin Frdr.: Terti et quarti nervorum cervicalium Descriptio. 1793.
7. Roth, Chr. Heinr. Hill.: De transpiratione cutanea... 1793.
8. Bierdemann Lj, Karl.: De legato generis sec. ius commune 1793.
9. Gilbert, Ludw.: De natura... matheseos princeps... (1794) 1795.
10. Meckel, Phil. Frdr. & Davidson, Wolf.: De consensu partium corporis humani. 1794.
11. Tiefpunkt, Joh. Heinr. & Schitting, Joh. Frdr. Wihl.: Theses. ... 1794.
12. Woltaer, Joh. Chr. & Gründler, Karl Aug.: De fideiussore ... 1794.
13. Zollnikofter v. Altenklinger, Kap.: Sensus internus. 1794.

*



SIN

A



1794 12/4

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
FIDEIUSSORE FIDEIUSSORIS,

NEC NON
DE
DIFFERENTIIS
INTER
FIDEIUSSOREM SUCCEDANEUM ET INDEMNITATIS.

QUAM
ILLUSTRIS IURISCONSULTORUM ORDINIS
AUCTORITATE
PRO
SUMMIS IN UTROQUE IURE HONORIBUS
ET
PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
RITE OBTINENDIS

PRAESIDE
D. IOHANNE CHRISTIANO WOLTAER,
PROF. IUR. PUBL. ORDIN., H. T. DECAN. FACULT. IURID.
DIE III. MAII MDCCXCIV
DEFENDET

A U C T O R
CAROLUS AUGUSTUS GRÜNDLER,
HALENSIS.

HALAE,
TYPIS FRIDERICI AUGUSTI GRUNERTI.

(1794)

DISSEMINATIO INNOVATIVAE
EDUSSORI EDUSSORI

DISTRIBUTIO INNOVATIVAE

DISSEMINATIO INNOVATIVAE

DISTRIBUTIO INNOVATIVAE

SUMMIS IN URGENTE IURE HONORIBUS

TRINITATIS DOCTOLOGYIS

PRAEPARIDE

DI JOHANNIS CHRISTIANI MOLAYER

DISCUSSIONES DEO DEDICATAE

DET. 1741.

A U G S T O N

CLODUS AUGUSTUS GEORGII

DISCUSSIONES DEO DEDICATAE

DET. 1741.

C. A. GRÜNDLER
DOMINO
D. CAR. FRIDER. ZEPERNICK,
REGII CAUSARUM CIVILIJ IUDICII HALENSIS DIRECTORI,
CIVITATIS SCULPTETO AC COMITI REGIO REI SALINARIAE HALENSIS,
UT ET REGII SCABINATUS ASSESSORI,

2 T

JOHANNI AUGUSTO GRÜNDLER,
MERCATORI MENSARIOQUE, ASSESSORIQUE
COLLEGII PAUPERUM,
PATRI MEO AMANTISSIMO,
SALUTEM.

*E*quidem iam dudum optavi occasionem opportunam publice
TIBI, VIR CLARISSIME ac CONSULTISSIME,
amorem meum animumque gratissimum testandi. Beneficia
enim, quibus me cumulasti, tanta sunt, quanta a patre filius
vix possit vel petere vel exspectare. TUA prudentia atque
amplissima doctrina, studia mea egregie adiuvit. TE duce
viam

viam sum emensus, quae ad templum Musarum rectissime ducit.
Accipias igitur gratias, quas sincerrimo animo TIBI ago.
Semper ita agam, ut me gratissimum et TUORUM benefi-
ciorum memorem merito iudicare possis.

Et qui gratias TIBI, CARISSIME PATER, refer-
re nequeo, sponte primitias meae qualiscunque disciplinae sa-
cras esse volo. Pietatis meae publicum testimonium ea mente
eaque benignitate animi recipias quaeſo, qua summa TUA be-
neſicia in me contulisti. Re enim mihi pater fuisti, non ap-
pellationis uſura contentus. Adeo perpetua et conſanti cuſto-
dia una cum optima matre me perſecutus es, ut votis meis
nil ſuperfit, niſi TE et pietiſſimam MATREM ſummuſ nu-
men ut mihi longiſſime ſervet. In id omnem intendam ope-
ram, ut TE, cariſſimum caput, curarum et ſumtuuſ nunquā
poeniteat.

SECTIO

SECTIO PRIMA.

DE
FIDEIUSSORE FIDEIUSSORIS.

Ante oculos damnum est, si has sponsor amici,
Pro magno reputes, solverit ille lucro.

§. I.

Brevissime Franciscus Petrarcha ostendit periculum, quod inest fideiussioni parum lucri cui inest. Ego quamquam eandem sententiam foveo, tamen conditionem nostro ex iure, fideiussoris mitiorem, esse duriorum vero video, quae eius erat ante *Divi Hadriani* constitutionem. Et maiores nostri germani olim fideiussores magis obligatos voluerunt. Et iure romano et iure germanico veteri creditor i permisum fuit^{a)}, debitore principali omisso, fideiussorem cogere, ut datam fidem liberaret, relicta electione, quem primum in ius vocare vellent.

a) *Reform. novit. anni 1479 tit. 28.* verbi: eine jede Weerburg, oder ander Burg aldiweil und Zeit der in derselbe woh nung zu schaffen gese

solcher Burgschaft freet soll zu gleicher Pürde und Pflicht verbunden sey in aller der mal als der Selbstschuld.

A

vellet ^{a)}). Quis non videt, durissimam sane fideiussoris suisse conditionem, quam solenne illud proverbium: den Bürgen muss man würgen ^{b)}, clare ostendit. Duriore vero hocce iure amplius non utimur. Etsi vero durus iste obligationis nexus amplius fideiussionem non sequitur, nihilominus et hodie fideiussionis pericula committantur; et quamvis officii ratio exigat, non raro amico ut admissus sponsores, tamen molesta nobis et periculosa et cum iactura non raro conjuncta est patrimonii nostri pietas. Cum isto incommodo comparare tamen, utique nos oportet utilitatem, quae ex fideiussione in hominum vitam communem maxime commerciorum usum propulsat. Rem aleae plenam prudentiam legislatoris regere debet, et principis sapientia fideiussionum coercebit facilitatem, easque adstringet observandis solennitatibus, quibus subiicit, qui ad fideiubendum procliviores moventur, ne detrimenti quid patiantur in providorum res familiaris. Igitur caute romani ad fideiussiones adiiciebant stipulationem solennitatem, ut monuisse videantur contrahentes, ut serio et deliberato animo demum fideiussoriam obligationem in se reciperent. Laude dignas illas ideo leges censimus, et hominum consuetudines, quae fideiussiones causa demum cognita et interposita, magistratus iurisdictione contrahi permittrunt ^{c)}. Inutilem credemus cautelam, si probitas, morumque integritas, qua maiores

^{a)} Meister in opusc., Tom. I. caps. VI. §. 9.

^{b)} Schiltz in praxis juris rom. exercit. 48. §. 20—22. Heinecius in elementis juris germanici, Tom. I. lib. II. §. 449. Hassenhardt Grundätze des deutschen Rechts in Sprichworten, p. 327.

^{c)} Churfürstlich Pfälz. Fürstenthum in Oberbayern Landrecht von ordnen und gebiehen: und wollen wir, das hinfür alle der Bürger und Bauern und Burgschaften, si sey so geringe als sie wollen, mit jedes Orts ordentlichen Obrigkeit — auch durch briefliche Urkunden oder ordentliche

res nostri olim claruerunt et datae fidei sanctitas eadem in nostris hominibus esset conspicua. Et romanos harum virtutum sanctimoniam, reliquise ex rei romanae historiaclare demonstrari potest. Numa quidem *Pompilius* fidei templum dedicasse fertur, et memoriae proditum legimus, datae simplicis fidei auctoritatem, et iuramenti vim fuisse eandem. Sed hos bonos mores novior abiecit romanorum progenies. Minuta igitur datae fidei sanctitate, curae debebant legislatores, ut creditores securos redderent, de debitorum suorum fide. Inventam sunt media, quae ex iuris romanae disciplina personam debitoris concernunt, sunt, quorum ope credita corroborantur alterius intercessione. Introducto in foro nostro germaniae, iure romano quasdam in hanc rem factas constitutiones, nostras fecimus, propria tamen habet quoque germania, corroborandarum obligationum media, romanis omnino ignota, est *cambii* est ob*tagii*^{d)} exemplum, quamvis hocce leges imperii et territoriorum germaniae passim reprobaverunt.

A 2

§. II.

chen Verzeichniß in eines jedem Orts gerichtsbuch mit allen Umständen notiret. *Allgemeines Gesetzbuch für die preußischen Staaten*, I. Theil. XIV. §. 202. Zu einer verbindlichen Bürgschaft wird in der Regel die ausdrückliche Erklärung für die Verpflichtungen, haften zu wollen, erfordert; diese Erklärung muß ohne Unterschied des Gegenstandes schriftlich oder zum gerichtlichen Protocoll abgegeben werden.

d) *Obtagium* nempe est pactum, quo debitor ante eum fiduciarius se obligat, in casu mortis cum comitibus locum definitum finire et inde non de-

cellarum, fore antequam creditoris de forte, iuriis et expensis, fuerit satisfactum. Moribus introductum, legibusque provincialibus stabilitum dici quoque poterit, pactum de feso fistendo, et non recedendo ex definitione loco, antequam obligationi satisfactum fuerit. Quamvis reprobatum per ordinationem polit. de au. 1577 in quibusdam in imperio provinciis retentum est, et oecueurrit cautio renunciationis in hunc modum: und obgleich so wohl in den gemeinen beschriebenen Rechten, als auch des heiligen römischen Reichs Abschieden die obtagia und Leistungen verboten

§. II.

Fideiussionem romani intercessionem desinunt *stipulatione*^{e)} *extra novationem susceptram*^{f)}: intercessionem vero alienae obligationis susceptionem. Antiqua dialecto intercessionem et fideiussionem promiscue usurpabant. Stipulationem vero, contractum verbalem, quo quis congrue et in continentia se daturum facturumve^{g)} interroganti se obligabat, fuisse omnibus notares est, quam stipulationem ad omnes contractum formas adiicere permisisse leges romanæ, ut magis firmaretur obligatio constituta. Sed nostri fori usus hanc definitionem respicit,

quippe

boten, so thun wir uns doch solcher Rechten und Reichsabschieden ausdrücklich verzeihen.

e) Cuius ope distinguitur

a mandato, quia hoc.

1. solo consensu contrahitur D. XVII. 1. l. 1. pr.

2. ideo negotium bonae fidei est G. IV. VI. §. 28.

3. mandator non alienam obligationem suscipit, sed suo nomine obligatur quod significat illum, qui mandatum recipit et expedit ex consensu non habet dominum negotii obligatum, sed illum ipsum non dominum, qui eum impulit, ut se alienae rei immisceret, cum mandans semper sit negotiorum dominus, qui cum mandatario contraxit. D. 44. 7. l. 1. §. 8. Quo vero alienam obligationem recipit, fideiussor dicitur. Porro hac nota distinguitur

b. constituto debito alieni cum

1. constitutae pecuniae reus ex solo pacto teneatur, deinde

2. constitutae pecuniae alienae debitor alienam rem dare praestare potest quam reus; nam vi Dig. 13. 1. §. 5.: si quis contumus debet suum mentum cedundum pretium constitutum valet constitutum, id estque

3. obligatio constituto alieno maior esse potest, et ratione temporis et loci quod in fideiussione neutriquam procedit. D. 13. 5. 1. 4. l. 5. D. 46. 1. l. 8. §. 7. Pinnius ad Inst. lib. 3. tit. 21.

f) Ex promissor novandi animum afferit, nam ex promissor principaliiter obligatur D. 42. 1. l. 4. §. 3. Quamvis sint, qui hanc legem antiquam dicant, negantes creditorem eligere potuisse, an debitorem aut fideiussorem convenire velit, quia Infinianus hanc constitutionem in Nov. 4 legem veterem dixit, legibus duodecim tab. infertam v. Cuiacius ad Nov. 4. Dig. 46. 1. l. 4. §. 1.

g) D. 46. 1. l. 5. §. 1.

quippe qui stricte iuris contractus inter quos ius romanum et stipulationem numerabat, cum ipsa stipulationis forma ignorat^{b)}. Verborum solennitatem *Leonis* imperatoris *constitutio* abolevit, quam *Imperator Iustinianus*ⁱ⁾ confirmavit. Sed cave tibi, conclusas fideiussionum non strictam esse interpretationem contra iuris nostri constitutionem^{j)}. Nos fideiussionem in pactorum numerum referimus, quae quibuslibet verbis iniuntur modo clare seriam voluntatem sese obligandi, exprimant. Ideo non verbis solum, sed etiam factis consensum declarantibus ad alienas obligationes fideiubentes accedimus. Hinc fideiussionem dicimus *pactum*, quo alienam obligationem in subsidium recipimus, et hac ratione fideiussionem a mandato, constituto debiti alieni^{m)} et expromissione facile distinguimusⁿ⁾.

§. III.

Ob fundamenti fideiussionis varietatem eam bipartimur. Non solum enim in gratiam *creditoris* ubique eam recipimus, nonnunquam et in *fideiussoris* utilitatem. Expediti iuris est, cum romani, tum nostri, illum fideiussoris vinculo non esse obstrictum, qui debitori spospondit pro illo soluturum fore. Fieri enim

^{b)} *Homburg de non uso stipuli: usque pacto: in foris germaniae, Coccoji de usu et differentia hodiernorum et stip.*

ⁱ⁾ *C. 8. 38. l. 10. I. 3. 16. §. 1.*
Postea *Leonis Constitutio* verborum solennitatem suscepit et consensum utrinque contrahentis quibuscunque verbis declaratum sufficere insit.

^{j)} *Deckberg in Sin. relati Relat. 13. n. 61. Runde teutsches Privatrecht, §. 220.*

^{m)} *D. 50. 16. l. 99. Stryvens rechtl. Bedenken, Bed. 1. 2. Leyfer ad D. Sp. 524. Med. 2. differtit Luvovici in Doct. D. 1. 46. §. 9.*

ⁿ⁾ *Quia debitum alienum contrahens et in alio loco solutionem promittere potest D. 13. 5. l. 1. §. 5. differt. Gudelinus de iure noviss. lib. 3. cap. 2. Stryck ad Lant. l. 13. Tit. 5. o. intercessionalis. Voetius ad Dig. lib. 46. l. 1. §. 1.*

enim nequit, ut quis apud eundem pro eodem intercedat ^{o)}, quamquam debitori quis promittere potest, se pro illo apud alium fideiussorum fore, neque actio contra illum minime denegatur, si forte, consilio mutato, fideiussionem recipere nolit ^{p)}. Creditor vel *unius*, vel *plurium*, fidem interpolitam exigit, et modo plures dari sibi postulat fideiussores, vel uno contentus est. In *illo casu* iterum duplici modo distinguimus; nam datus fideiussor *vel* omnem alienam obligationem in subsidium recipit, *vel* creditorem de indemnitate securum promittit, ille fideiussor simpliciter, iste vero *indemnitas* ^{q)} vocatur. In *posteriori casu*, plures hi fideiussores *vel* ita coniuncti fidem interponunt, ut singuli integrum debitum in solidum in se receptum solvere promittant, *vel* subordinati, ea lege solutionem pollicentur, ut deficiente primo creditori satisfactionem addicant, *hinc*, si plures adsint in solitum obligati, *confideiussores* nominantur, qui vero deficiens fideiussoris primi loco se soluturum spondit, *fideiussor succedanens* ^{r)} nominatur. Hi sunt fideiussores omnes in gratiam creditoris. Sed si quis in gratiam fideiussoris fideiussionem suscipit huncque securum facit ^{s)}, *fideiussor est fideiussoris*, in quo omnia locum habent, quae de fideiussore generatim obtinent.

§. IV.

Quibus praemissis patet, suscepta fideiussione principalem et accessoriā obligationem semper quidem distingui, et eam quae

^{o)} D. 16. 1. l. 19. D. 46. 1. 56. §. 1.

^{p)} Beck de iure fiscendi cap. ult. imm. 4. Cod. Fab. 1. 8. l. 28. Decr. 36. Mancica de tac. et ambig. conv. l. 16. tit. 13.

^{q)} D. 46. 2. 1. 6. Quanto minus a Titio debitor exagissim tantum padiabat? D. 46. 1.

D. 12. 1. 42. Magdeb. Polizeyord. cap. 53. §. 5.

^{r)} D. 46. 1. l. 27. §. 2. C. 11. 65. 3.

D. 26. 7. 3. §. 9.

^{s)} D. 46. 1. 8. §. 13. Pro fideiussore fideiussorum accipi nequaquam dubium est. D. 46. 1. l. 27. §. 4.

quae ex fideiussione succedanea oritur relatam ad creditorem ipsum, semper manere accessoriā. Posita fideiussione, fideiussonis est quidem obligatio intuitu eius, quae inter creditorem et fideiussorem constituta est, sed fideiussonis fideiussoris dies non venit, nisi ex quo fideiussor, apud quem fidem suam depositus, ex sua fideiussione creditori satisficerit et per hanc creditoris principalis dimissionem sui fideiussoris evaserit. Consequor: *quidquid iuris inter creditorem et fideiussorem est, idem iuris est inter ipsum fideiussorem et fideiussorem fideiussoris.* Quae quamvis sint verissima, sunt tamen ubi diversum ius constitutum videatur, de quibus infera. Ideo iure romano, vas vadis¹⁾,

nomi-

¹⁾ Regum temporibus apud Romanos fideiussionum usum extitit certum non est, ad verisimilitudinem fideiussiones iam ante Tab. XII. leg. apud romanos fideiussibile, facit exemplum, quod apud Dionys. Hal. lib. 10. Caesonis Quintii Lucii Cincinati filii ex carcere dimisii cum dedisset decem vadēs. Et Decemviri legem foribendarum de fideiussionibus cavisse probabile est, quam et Fetus De Verb. Sign. in v. reo, iam Numae Pom-piliī temporibus afferit. More nempe romano in ius vocatus, ire debebat Hoffmann Hist. iur. rom. Part. II. p. 162. Heiniccius in Antiq. iuris rom. pag. 235. Dnobus caſibus haec necessitate eximebatur, nam ut Cains, D. 2. 4. l. 22. §. 1. ait, qui in ius vocatus est, dnobus caſibus dimittendus est: si quis eius perfonam defendet: et si tum in ius venitur de re transactum fuerit. Romani curatoris diligere vadēm praeclaram et vindicem,

Vas fuit, qui in iudicio publico pro reo fidem obligabat ut docent Varro, de ling. lat. Lib. 7. v. 1: *vas est ille, qui pro altero vadimonium promittit et praezi populo se obligabat, cum his collineant Festi de Verb. Sig. v. praezi praezi interrogatis quae a magistratu si praezi sic ille respondet praezi. Vas praecepit in re capitali dabatur, quod probant Festi l. c. v. vadēs. Vas sponforem significat datum in re capitali. Sed recentiores itam distinctionem neglexerint, solebant pro vadē vadem sumere ut is quasi illi fideiussor esset ut Salmasio videtur de modo usūr. Cap. 16. Ab utroque differt *vindex*. Vindicatio, ait Cicero de inv. Lib. 2. cap. 54. est per quam via et iniuria et omnino, quod abfuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur. Itaque vindicare nihil aliud est, nisi consentiente in ius vocante iusto ac legitimo modo vocatum presumive liberare ac defen-*

nominator nominatoris ^{u)}, curator curatoris ^{x)} , et iure feudali vasallus vasalli non ignoti, et ipsae leges nostrae fideiussorem fideiussoris nominant ^{y)}. Primo intuitu fideiussoris fideiussoris constituendi artificium, omni omnino carere utilitate. Cum dicat quispiam, fideiussoris fideiussor solvere debeat, simul atque fideiussor principalis creditori suo solverit, cur non statim omisso fideiussore principali, fidem suam depositum immediate penes creditorem, ut iste debitorem non solvente ius suum consequatur ab isto fideiussore, cur non debitor, qui fideiussori dedit fideiussorem, cur non efficit, ut iste non statim confideiussorem suscepit. Sed salva res est, creditor, qui fideiussore, quem debitor obtulit, semel probavit et idoneum recepit, finito negotio consilium mutare nequit et reprobare, nisi ex clausula rebus sic stantibus; at qui fideiussionem in se recepit, saepius de suo debitore dissidere potest, iure et quem solvendo putavit debitorem, de suscepta fideiussione demum adeo timere potest, ut fideiussionis susceptae vinculo se liberari gesiat. Utile paratum debitori auxilium, qui oblatu fideiussori fideiussore securum illum omnino reddit, adeo, ut, qui lapsu fideiussionis die continuationem susceptae fideiussionis non detrectet, et creditorem, qui suam securitatem ex fideiussoris persona iudicat, ad agendum ex lege, si contendat, non provocet. Est ea, quae maior huius nexus

utilitatis est, ut quod cum obstant defendere ut *Gellius* Noct. att. Lib. e. interpretatur leg. XII. Tab. 3 si tamen sit aliquis, qui pro ins vocato vel prenso fideiubiat dimittitur. Sed postea haec omnia obsoleverunt et fideiussor, sponsor, et ad promissor promisere dictus. Germani olim verbi vadium in vim fideiussoris posuisse cre-

duntur ab *Heumanno* in opulens, pag. 317; et c. *Meister* opus. Tom. I, pag. 269. *vindex et var.*

^{u)} C. II. 33. l. 2.

^{x)} D. 3. 5. l. 30.

^{y)} D. 46. 1. 8. §. 12. *Voetinus* ad *Dig.* *Ibid.* §. 6.

utilitas, quando leges quempiam in aliqua causa idoneum fideiussorem negent, debitor vero idoneum ad suscipiendam fideiuissionem movere alia lege nequeat, nisi dato ei fideiussore hoc in idoneo, illi admodum idoneo. Ponamus, causam creditoris exigere fideiussorem praedem, qui vero fideiuissionem spondet, immobilia quidem non possidere, cuius tamen fides apud istum res immobiles possidentem maxima est. Detrectabit certe immobilem possessor fideiuissionis periculum, de quo nullus dubitat, si iste fidem suam interponat pecuniosus immobilem possessione destitutus. Constituta iam fideiuissione fideiuissionis, salvae res sunt et creditoris et debitoris et ipsius fideiussoris, et contractum negotium. Hinc Rennemanus ait²⁾: „infrequens non est, si fideiussor alium fideiussorem in eum eventum, quo ipse cogatur solvere, adsciscat sibi, qui non in gratiam debitoris sed fideiussoris adhibetur. Cuius usus in Saxoniam inferiore frequens, de quo non creditor, sed debitor sollicitus est, qui aliter fideiussorem non potest inventire, nisi alius in subsidium succurrat, qui forte creditori gratis non est, ex quibus etiam appetet, ut fideiussor fideiussoris ante contractam fideiuissionem constitui potest.“

§. V.

Fideiussor fideiussoris¹⁾ est in sensu latiori fideiussor, qui obfusceptam obligationem alienam fideiussorem securum reddit, quem in

z.) Rennemannus in Iurisp. rom. germ. de iure oblig. disp. 22. th. 38.

a.) Schneider in Inst. lib. 3. tit. 21.

Brunnemann ad Inst. lib. 3. tit. 21. §. 4. et ad Dig. lib. 27. tit. 1. ad l. 8.

Stopp in Comment. ad Inst. tit. 21.

Voetius ad Dig. lib. 46. tit. 1. §. 6.

Hering de fideiuiss. cap. 4. §. 48.

Kreitmaier in Comp. Cod. Bavar. part. 4. §. 19. 20.

Müller Promt. iuris novi Tom. 5. v. fideiuiss.

v. ill. Dabelow in System. iuris priv. Part. I. Sect. 1. tit. 1. §. 2523.

Maiburg Princip. iur. rom. Membr. 1. Dist. 1. Cap. 4. §. 272. fideiuissorem luccedanum duplici sensu dici docet,

in lingua vernacula *Asterbürge*^{b)} nomino. Iste vel totum debitum vel damni solius periculum in se suscipit, quod fideiussor ob suscepit fideliussionem timet. In priori casu est *proprietas fideiussori fideiussoris*, in posteriori vero casu *fideiussor indemnitas* apud ipsum fideiussorem, quem securum iussit. Fideiussor fideiussoris omnes patitur divisiones, quae in fideiussore in genere obtinent; inutili ergo opera abstineo in enarrandis variis speciebus. Sed et fideiussor fideliussionis producit obligationem accessoriā, atque requirit, ut obligatio consistat inter creditorē et fideiussorem principalem. Ideo tamen non requiritur, ut momento fideliussionis fideiussionis susceptrae iam certa sit ista obligatio principalis. Suscipi enim potest sub conditione, quando fideiussor principalis ex sua fideliussione ad solvendum constringatur ^{bb)}. Deinde requiritur, si fideiussor fideiussoris obligetur, ut fideiussor principalis solverit creditori ^{c)}, nam ea mente

cet. Prima significatio indicat fideiussorem in gratiam fideiussoris accedentem, promittentemque se soluturum fore, quod fideiussor, qui principalis nominatur, loco debitorē solvere debet solutumve a debitorē principalī consequi nequit. Altera significatio indicat fideiussorem in creditoris utilitatem intercedentem, dum promittit solutionem eius quod creditor negue a creditore neque a principali fideiussore consequi forte possit etc.

b) Eodem modo quo dicimus *Asterbūrgi*, *Asterbūrger*, et voce *after* indicamus personam in alteris exercentem. Sic qui conduxit a conductore, ille contractam locationis conductio- nis init *eam eo* qui iure conducti gaudet iure locandi; sed qui conduxit

a conductore, nexus non fecit cum locatore sive locatoris, hic quando locator impedit conductorem, qui conduit a conductore, quo minus iste re locata utri frui possit, tenetur suo conductori non solum de locario, sed etiam de omni, in quo locator ex conducto conductori suo condemnatur. *Brunnem.* ad Dig. 19. 2. 1. 7. n. 2. *Wegens* de locat. cond. pag. 27. Sed *Asterbūrger* seu *Bürgen von Bürgen* distinguendus est a *Rackbūrgem*, qui fideiussor succedaneus est.

bb) *Brockes* *Observationes foren- ses*, *Observatio 426*.

c) Si fideiussor insolvens est, pro- fideiussionis obligatio cessa, quia in illum creditor habet regressum nul- lum.

mente inita est fideiußionis fideiußionis obligatio, ut tunc de-
mum fideiußor fideiußori principali solvat, si iste creditor sol-
verit. Nam si creditor contra fideiußorem principalem dene-
ganda sit actio, vel haec inutilis sit, si quis et hoc casu fideiuß-
forem fideiußoris obligatum diceret, certe fideiußorem fideiuß-
oris in succedaneum mutaret fideiußorem. Proinde confe-
quor fideiußorem fideiußoris tunc demum obligari, quando
debitor principalis solvendo non sit. Licer vero fideiußor principalis
beneficio excussionis renunciaverit; contra fideiußorem
suum prius experiri nequit, nisi demonstret, rem salvam habe-
re non posse a debitore principali. Hinc quamvis renuncians
beneficio excussionis, conditionem creditori meliorem utique
iure facere possit; ideo tamen neque impeditur post praestita-
tam satisfactionem creditori, quominus ius suum perseguatur
contra debitorem, minime vero conditionem fideiußoris fideiuß-
tionis deteriorem facere potest. Quae non obstant, quo-
minus fideiußor fideiußionis beneficio excussionis renunciet.
Qua renunciatione facta, quae nunquam praesuntur, fideiußor
principalis post dimissum creditorem optimo iure experi-
tur contra fideiußorem fideiußoris.

§. VI.

Fideiubentium *habilitatem* et *idoneitatem* probe nos distin-
guere oportet. Habitatem dicimus hanc hominis qualitatem,
quod legibus non impediatur, quominus fidem iubeat. Sunt
enim plures homines pecuniosi, qui solvendi animum habent,
et, si fideiuerint, ob legis prohibitionem nihil egisse videntur.
Integrum locum de idoneitate et habilitate ad fideiubendum hic
longius persequi superfedeo. Satis est monuisse, quosdam na-
tura, quosdam vero lege a fideiußione arceri, eosque solos

B 2

apud

apud fideiussorem intercedere posse, qui neque natura, neque
lege a fideiussionis officio repelluntur. De *foemina* quaedam
adducere lubet, cum in hoc loco neque praxis cum theoria
omnino conspiret, et quidam legibus alium sensum, quam reci-
piunt, subiicere videntur. Quia in disputatione ius romanum
a iure nostro separare ideo placet, quia non omnes iuris articulos
fora nostra receperint, qui romanis legislatoribus arriser-
unt. Ex Digestis scimus, quod *Lucius Syllanus*^{cc)} et *Velleius*
Tutor consules ad Senatum retulerint^{d)}, censerentne patres ut
foeminae intercedenti succurratur, quia non aequum videatur
eam virilibus fungi officiis et cum maribus eodem vinculo in-
tercessionis obstringi. Rationem, quae movit consules ad re-
movendas foeminas a fideiussionibus, quaevisse consules in eo
videmus, quod istas officiis virilibus impares indicaverint; re-
cedit ab eis Paulus, quaerens fundamentum in periculo, quod
ex intercessione rei familiaris imminaret. Quae Pauli sententia
diversitatem iuris antiquioris et a Iustiniano constituti invexit,
quam in eo constitui posse arbitror, quod Pandectarum iure
actio quidem daretur contra foeminam intercedentem, in cuius
defensionem paratum fuit auxilium exceptionis SC. Velleiani.
Ideo non omnino inutilis videbatur mulieris intercessio, quam-
vis haec propter semper praesente exceptionem Senatuscon-
sulti parum securitatis tribueret creditori, hinc in nostro casu fi-
deiussori, apud quem fidem suam foemina adstrinxit. Iustinianus
pro more suo et in isto articulo ius innovavit. Nam *primum*^{e)} constituit ex fideiussione obligari foeminam post bien-
num

cc) Non Marcus, vid. Grut. Inscript. p. CCCCLXX. No. 1. 2. L. Si-
lano Flaminio Martiali C. Velleio Tu-
tore Conf. non. Decembr.

d) D. 16. 1. 2. Ante Senatusconf.
Velleiani edicta D. Augusti V. G.
DCCLIX. et Claudii aderant.

e) C. 4. 29. 22.

nium repetita. Quam ex prima intercessione obligatam non
huit, ex repetitione post biennium obligatam voluit, quia opinatus est, sufficiens habuisse foeminam temporis spatium inquirendi in facultates debitoris principalis, et deliberandi, an fideiussionis periculum in se recipere velit. *Deinde iussit*^{f)}, nullam omnino contra foeminam intercedentem actionem dari, nisi foemina in instrumento publico vel trium testium subscriptione munita, adeo ut ista solennitate neglecta nulla sit et invalida mulieris intercessio, eique Senatusconsulti Velleiani beneficio opus non sit. Contra has regulas generales permisit quasdam exceptiones, nominavitque quosdam casus, in quibus creditor ex fideiussione simplici contra foeminam intercedentem in iure experiri permisit:

- 1) quando foemina decipiendi animo intercesserit. Legum enim aequitas^{g)} non decipientibus, sed deceptis opitulatur;
 - 2) quando in foeminam ex intercessione plane nullum damnum redunderet^{h)};
 - 3) quando mulier solveritⁱ⁾;
 - 4) quando foemina non animo alienam obligationem in se recipiendi, quam potius animo donandi intercesserit^{j)}.
- Communi hoc iure reguntur omnium foeminarum intercessiones; sed in proprium favorem iustarum *uxorum* constituit idem

Iustinia-

f) C. 4. 29. 23. §. 2.

C. 4. 29. 23. Quod tamen in instrumento debet adnotari.

g) D. 16. I. 2. §. 3. 30.

i) D. h. t. 8. §. 5.

h) D. 16. I. 4. §. I. II. 13. 16. 21.

D. h. t. 8. §. 2. 3. 21. C. h. t. 9 D.

z2. C. 4. 29. 33. Si foemina itaque honorarium pro suscipienda fideiussione accipit, non gaudet SC. Velleiano-

12. 6. 40 pr.

j) Pro filio suo fideinbente non potest opponere SC. Velleianum. D. h. t. 8. §. I.

Iustinianus, ut nuptiarum intercessiones pro maritis factae nullae sint, nisi proberur a creditore, pecuniam, quam maritus acceptit, in mulieris suae uxoris utilitatem esse versam ^{m)}. Opportune quaerimus, an pecunia, quam maritus in alimenta uxoris mutuam accepit et ex qua uxorem aluit, in rem uxoris versa ea lege dici queat, ut uxoris intercessio pro hoc debito valeat? Evidem negamus. Id enim in rem alterius versum est, quod eius vel patrimonium auxit, vel ex quo sumptus facti sunt, quos alterum facere oportuisset, et qui, si fecisset, patrimonium eius diminuissent. Qui vero pecuniam marito eo animo mutuam dat, ut uxorem alat, neque uxoris patrimonium auxit, nec uxorem a sumptibus necessariis faciendis liberavit. Onus enim alendae uxoris maritum sequitur, et qui marito in hanc rem pecuniam dedit, postea in uxoris alimenta expensam mariti rem meliorem fecit ^{m m)}: quapropter creditor iste non uxor, sed mariti negotiorum gesit. Satis aperte ex his apparet, ius ita constitutum permittere quidem foeminarum fideiussiones legitime et solenniter factas, sed quae de fideiussorum foeminarum observanda solennitate loquuntur leges, ad renunciationem Senatusconsulti Velleiani trahi posse nullo modo. Itaque ex iuris romani disciplina, foemina neglectis debitis solennitatibus fideiubens, nihil agit, etiamsi renunciaverit Senatusconsulto: quia clare Iustinianus constituit, contra Senatusconsultum Velleianum mulierem intercedere non posse ^{n).}

§. VII.

^{m)} C. h. t. authent. Richter in expositione authenc. § qua mulier. n. 7. Leyser med. ad Dig. Vol. III. Sp. 170. m. 2. ^{m m)} Lobethans Ehrech. 2 Th. 2. Buch. II. Ab. 1 Haup. §. 7.

ⁿ⁾ C. h. t. 14. Mulier contra auctoritatem SC. Velleiani non potest intercedere; non obstat De h. t. l. fin. §. 4. cavere debuit, exceptione se non usurpar et sic ad indicem ire. Propter auctoritatem nempe Prae-
ris

§. VII.

Germani isto iure non ubique utimur. Ante ius romanum receptum foemina tutore auctore negotia iudicialia explicabat; maioris aetatis extrajudicia ^{a)} explicans tutore opus non habebat, quamvis ob laesionem interventientem in integrum restitui, petere posset ^{b)}. Recepti iuris romani auctoritas, non in omnibus Germaniae territoriis patrii iuris praeceppta opprescit. Sunt igitur provinciae Germaniae, quae iure romano quidem utuntur, sed in isto capite, fideiussorum scilicet foeminarum, ius antiquum retinuerunt. Sunt vero et aliae Germaniae provinciae, in quibus et foeminarum fideiussiones pure ex Iustiniani legibus indicandae sunt. Et cum ius romanum in complexu sit recepturn, illudque in dubio sequatur usus fori, quae Iustinianus de foeminis fideiubentibus disposuit sunt servanda, ideoque fideiuus foeminae in instrumento publico facta valet, neque renunciatione SCri Velleiani opus est. Eodem iure foeminae intercessio in privato facta instrumento, iure romano applicato, non valebit. Attamen et ad hunc locum ius canonicum, quod praxis sequi solet, novi quid attulit, cum et in istis provinciis foeminarum simplicem fideiussionem valere iubeat, quam renunciatio Senatusconsulti Velleiani,

ris, et ne indicium fiat elusorium.
Stryck Cant. contr. Sect. II. Cap. 11.
§. 12. Reinhard ad Coelst. Vol. III.
Obf. XV.

^{a)} Ins saxonum l. 1. art. 45. Suev. cap. 110.

Thomasius Disp. de usu exiguo
Senatusconsulti Velleiano in Germania,
Halae 707.

Ludewig Disp. de differentiis iuris
rom. et german. in SC. Vellei, atque
mulierum oblig. Halae 720.

Hellfeld Comm. de intercessione
mulierum et SC. Vellei.

P) Schilter Exerc. ad Dig. Ex. II.
th. 9. Jacobi in diff. de in integrum
rest. mulierum. Witteberg.
1671.

ni, iuramento corroborata, comitatur. Secundum iuris canonici praecepta ^{q)} omne ius iuriandum servandum est, quod non contra aeternae salutis est acquisitionem. Itaque hodie valet foeminarum fideiussio solenni iureiurando firmata ^{r)}; requiritur vero foemina intercedens iuransque de iure suo certior redditus ^{s)}. Sola enim et iuramento firmata renunciatio nullius est momenti, quae a foemina iura sua ignorante facta est ^{t)}, quamvis haec sententia claris iuris romani legibus sit contraria ^{u)}. Licet iure romano foeminae fideiussio in securitatem debiti valer, quod in eius rem versum est, tamen hodie ista versionis probatione non indigemus, cum fideiussio illarum valet, quam iusto iuramento firmata beneficiorum renunciatio comitatur: an vero iuramentum in scriptis consignatum sufficiat, aut actu corporali enunciatum requiratur, disceptari video. Saxones corporale iuramentum desiderant, coram competente iudice et consentiente sexus curatore praefundum ^{v)}. Sed extra Saxoniam iuramentum scriptis consignatum sufficere arbitror, deficienteibus legibus nominatim corporale iuramentum exigentibus. Modo liquido constet, foeminam sponte, nulla

q) Cap. VIII. X. de iureiurando.
r) Strubens rechtliche Bedenken,
Med. XXIV.

Siegel de invalida uxoris promissione de iurat. SC. Vellei. valide renunciare. Lips. 754.

Cramer ob eine Weibsperson, welche sich vor einen so gar eidlich verbürgter, auch bezahlt, ob sie gleich gewußt hat, daß sie des Benef. SC. Vellei. halber gefüchert, das bezahlte Cond. indeb. zurückfordern könne?

r) Hauffmann Diff. de SC. Vellei. renunci. Arg. 669.

s) Cramer ob die von einer Frauensperson auf die Auth. β qua mulier, von deren Inhalt sie renunciirt, geschehene renunciatio ungültig sey?

t) In arg. C. II. XLIII. III. Huiusmodi antem sacramento corporaliter praefundit nullum tibi superesse auxilium, perpicuum iuris est.

u) Berger oeconomia iuris L. III. Tit. III. Th. VIII. not. 8.

nulla vi importuna, nulla sollicitatione nullaque fraude deceptam fideiussisse, renunciasse et iurasse. Omissio enim actus corporalis vim iuramenti non impedit, cum iure canonico iuramenti vis in actu externo non conspiciatur, quippe quod sola intentionem iurantis hic inspiciendam iubet ^{x)}. Neque Senatusconsulti Velleiani auctoritas est, neque iuramento firmadae renunciationis necessitas requiritur hodie in foemina pro marito fideiubente, quocum bona habet communia. Ratio quaeri potest, cum in praesumptione debitum in uxoris rem esse versum ^{y)}, tum in eo, quod ipsa sit debitrix, quae in specie fideiuissionis propriam principalem contraxit obligationem. Sunt quoque, qui omnia haec in foeminis illustribus ^{z)}, ut et in foeminis mercatricibus ^{z)} exulare statuunt, quia opinantur iuris romani auctoritati hasce non esse obnoxias. Ut foeminarum fideiuissions valeant, requirit ius *Borussorum novissimum*^{a)}, ut

a) foemina certior fiat, antequam intercedat, et ut apertis claris verbis enuncietur haec certioratio, et ut facta mentio fiat in ipsa fideiuissionis scripta cautione. Ut vero

b) haec

x) C. 72. Claus. XXII. Q. 1.

y) D. b. t. 175. 2. 44. *Gothofred.*
in rub. anth. si qua mulier C. h. t.
Schilter exercit. ad Dig. Ex.

XXVIII. §. XIII.

z) Convenient plures leges provincie
de Belgio testis, efl. *Regnens* ad h. t.
de Civitate horica *Ritterhusen* ad
Nov. p. 1.

Ius Lubecense L. I. Tit. X. art. 3;
Gailius L. II. Obs. XC. n. 5. *Mac-*
gius part. II. Divis. 206. n. 3.

tz) *Schilter* l. cit. §. VI. *Dein-*
linus Diff. de vera indole SC. *Vellei*
ad uxorem mercatricem pro marito
intercedentem, 1751.

Cramer ob bey denen nicht han-
delnden Weibspersonen auch in canis
cambialibus das SC. *Vellei* stattfinde?

Boehmer ob und in wie weit eine
Weibsperson, so einen Handel treibt,
aus ihrer Bürgschaft verbunden sey.

a.) *Allgem. Gesetzb.* Tom. I. Tit. V.
§. 199.

b) haec certioratio et renunciatio coram iudice fiat, requiriatur quidem, sed iuramento neque opus est, neque iurata admittitur renunciatio. Ius enim hocce aperte prohibuit 'pacta' firmari iureiurando b), proposita mulcta quinque thalerorum, quae ad delictum extendi potest, quae generalis sanctio legis poenalis locum sibi vindicar in iuramento tam judiciali, quam extra iurisdictionis, Deinde uxorum fideiussiones in iure fieri praeceps cavit c), et ad iudicis officium sancte curandum pertinet: videat iudex competens foeminam hic uxorem fideiubentem animo deliberac ac serio rem agere. Fominas mercatrices iure masculorum negotiatoriam vitam agentium utuntur d), et ideo ius nostrum iuris romani constitutiones redintegrasse et iuri canonico derogasse patet.

§. VIII.

Post foeminas intercedentes videamus de clericis, militibus, et minoribus. Iure romano miles a fideiussionibus arctatur, quia impeditur, quo minus privatis negotiis se immiscat e). Ratio legis apud nos quidem exular, merito tamen dispositionem legis servamus, nisi legibus provincialibus contrarium placuerit, ideoque his militem non admittentibus eum fideiussorem non idoneum censeo. Constitutio haec militem a fideiussione arcens, ordini datum continet privilegium f), cui

b) A. G. Tom. II. Tit. XX. §. 1425 et §. 1426.

c) A. G. Tom. II. Tit. I. Abs. IV.

d) A. G. Tom. II. Tit. VIII. Abs. VII. §. 488.

e) C. 4. 65. 31. Ayres Praeluf. de fideiussore militis, Goetting. 742.

Kirchhoff Abhandlung von den besondern Soldatenrechten, Vorzügen und Freyheiten, Hamb. 762.

f) Stryck Ufu mod. I. 46. tit. I. §. 3.

cui renunciari non licet. Et iure Borussorum argumentum approbare idem arbitrator. Qui enim mutuam pecuniam accipere non prohibetur, illum et ad fideiuissionem suscipiendam esse admittendum dico, cum iam iure Borussorum miles observatis definitis quibusdam solennitatibus valide mutuam pecuniam accipiat ^{s)}, iisdem solennitatibus servatis valide intercedere posse concludo ^{t)}. Clericis pro laicis intercedere prohibitum est, ne secularibus negotiis irretiti animum divinis meditationibus subtrahant ⁱ⁾. De usu huius legis disceptant Doctores et in illorum descendo sententiam, qui clericos a fideiuissionibus arcent: ratio enim Novellae legis et hodie obtinet, ne scilicet sacra ministeria impedianter ^{l)}.

Clericus iure Borussorum in privatis negotiis cum laicis iure communi fruatur, liberoque de re sua familiari disponendi arbitrio. Hinc clericum a fideiuissione exclusum non arbitror ^{m)}. Minorum fideiuissions sine curatoris consensu suscepit, ipso iure nullae sunt ⁿ⁾; si vero minor consentiente curatore intercesserit, in integrum restitui petere potest ^{o)}. Sed re-

C 2
ceptae

^{p)} Edict v. 2. Decemb. 1766. in iuris Bützungen 31. p. 65. Dispontit ut reales quidem actiones contra militem admittantur, personales tum demum, si debitum cum consenuit praefecti militum contractum sit.

^{l)} A. G. B. T. I. Tit. II. §. 677. seq.

ⁱ⁾ N. 123. cap. 6.

¹⁾ Stryck l. cit. Kellin Diff. de fideiuissore clericor. prof. laicis, len. 1740. Reinhardt Progr. de fideiuissore clericorum, Hal. 1740. Madibn princi-

cipia iuris rom. M. I. Diff. I. Cap. V. §. CCLXXXVII.

^{m)} A. G. B. Tom. II. Tit. II. §. 99.

ⁿ⁾ Brunnemann ad. I. 101. D. de Verb. Oblig. Stryck Caut. Cont. Sect. I. op. 2. §. 21. Hering de fideiuiss. 17. n. 86.

^{o)} C. 2. 22. 3. Huber paelect. ad Ius Lib. 3. T. 20. §. II.

Stryck Syntagma. iuris I. 4. Tit. I. §. 37.

Nichans Diff. de fideiuissore minoris, Goetting. 1773.

ceptae usurae minorem intercedentem obligant ^{p)}, quas maior factus accepit, quia tacite ratam habuit in minore aetate factam intercessionem.

§. IX.

Quae obiectum fideiussionis concernunt regulae generales, utilitate non excedunt sua applicatae ad fideiussiones fideiussionum. Neque criminalis causa respuit fideiussionem, ideo que consequor fideiussorem in causa criminali admitti posse, si in reatu constitutus praestare debeat, quod perinde est an ipse, an aliis praefter, quod cum in causa mulctae ut et expensarum criminalium procedat, fideiussio admitti poterit, sed perperam satisficationem delinquens fideiussorem offeret, si corporis afflictiva poena immineat, meliori vero iure, si de *Wergeldo* solvendo securitatem afferre gestiat ^{q)}, cuius *Wergeldi*, quod Saxones ex antiquis temporibus ^{r)} retinuere, licet, Pace Publica in imperio constituta, peraeque in Germania oboluerit quodammodo.

Ius Brandenburgicum novissimum ^{s)} restituit, cum naturali aequitati nihil magis consentiat, quam homicidam obligari ad alendam familiam occisi.

Sed si de poena corporali agatur, fideiussionem non admitti statuunt, et iuris criminalis doctores ^{t)}, et leges ^{u)}, quamvis

^{p)} Pütters ausserla Rechtsfälle, B. II. Decis. CCXL. s. 2. 300 d. 7
^{q)} P. IV. Const. II. et 12. Corpus
no. Qu. 34. Küßner Disp. de Wergelde, Lips. 1742. *Quistors* Grund-
faetze des peinlichen Rechts §. 230.
Meißner rechtl. Erkenntnisse, De-
eil. 35. n. 32.
^{r)} Cap. 12 et 21.
^{s)} A. G. B. Tom. I. Tit. VI. §. 98, seq.

^{t)} Wieger Disp. de fideiussore in
cauſa criminali, p. 45.
Rödli Disp. de fideiussore delinq-
uen. 1677.
Quistors peinlich. Recht. Tom. II.
§. 842.
A. G. B. 1. Theil, Tit. XIV. §. 249.
250.
^{u)} C. XI. XXXIV. I. Fideiussores
magistratum in iis, quae ad reipubli-

vis non desint exempla in contrarium ^{x)}. Qui ob fugae suspicione pro delinquentे apud iudicem intercessit criminalem, liberatur si iudicem admonuerit de aucta fugae suspicione, et carceri illum mancipari petierit ^{y)}. Et in causis feudalibus fideiussionum ^{z)} utilitas conspicitur.

An uxor in dotis securitatem a marito fideiussores iure accipiat, quaerunt. Ius romanum fideiussiones dotis servandae causa factas respuit et exigi prohibet ^{a)}; iniquum scilicet opnans mulierem de bonis diffidere, quae suam vitam marito credidit, fidemque alienam potiorem habere fide maritali. Cuius prohibitionis ratio in matrimoniorum favore posita est, et ne fideiussorum inveniendorum difficultas matrimonia contrahendere impeditur, quae leges romanae quam maxime promovent. Sed hanc constitutionem iuris romani quodammodo Innocentius III. sustulisse videtur ^{aa)}. Quamvis enim epistola decretalis maritum ad inopiam vergentem supponat, tamen, cum Pontifex non de ipsa quaestione, an pro dote fideiuissio admittatur, respondeat, sed definiat, quam securitatem praestare debeat maritus, patet approbasse pontificem fideiussores in dotis securitatem accipi. Absurda enim foret decisio de qualitate fideiuissionis exigendae, si omnis fideiuissio pro dote esset reprobata ^{b)}.

§. X.

cae administrationem pertinent tene-
ri, non in his, quae ob culpm vel de-
lictum eis poenae nomine interrogatur, tamen mihi quam D. Severi Pa-
tri placuit.

^{x)} Cicero lib. 3. offic. Valerius Ma-
ximus. Lib. 4. cap. 7.

^{y)} Froelich de Freiburg
Comment. ad Caroli V. peimliche Ge-
richtsordn. Lib. 1. Tit. 20.

Kreß. C. ad CCC. Art. IV. et 15.
^{z)} Schwäb. Lehnrecht, Cap.

LXVI.

^{a)} C. 5. 20. 1. 2. Brunnemann ad
Cod. I. V. Tit. XX.

^{aa)} I. 4. 20. X. Cap. 7.

^{b)} Leyser vol. VII. Sp. DXXXIII.
m. 8. Vol. XII.

Eisenbarth Diff. de fideiuissionib.
dot. §. 9. in opuso. p. 32. seq.

Hopf.

§. X.

Fideiussionis negotium, quo fideiussor principali securus redditur, contractus est, quo fideiussor fideiussoris principali fideiussori obligatur. Sed suscepae fideiussionis dies apud fideiussorem principalem tunc demum venit, quando creditori principali solvens satisfecit fideiussori principali. Nam fideiussore principali dimisso, citra onus fideiussoris ipso iure extinguitur obligatio, quam fideiussoris fideiussio in se suscepit. Ut igitur ex fideiussione fideiussor principali contra suum fideiussorem agere possit, requiritur, ut ab alio principali fideiussor indemnitatam suam consequi nequeat; et cum culpa delinquentibus non subveniatur, constat liberatum esse fideiussorem fideiussoris, si iste indemnitatam neglexerit, quam assequi potuerit. Quae dicta indicant

a) fideiussorem fideiussoris liberari, debitore principali solvente, aut si creditori a confideiussoribus fideiussoris principalis creditori satisfactum fuerit;

b) temporis lapsu aut conditione existente. Quod apud Romanos eatenus obtinuit, ut non ipso iure, sed demum ope exceptionis liberatio continget^{c)}.

At subtiliori isto iure non utimur^{d)}, sed eodem, quod de die obtinet in fideiussione sub conditione suscepit.

c) Fide-

*Hoepfner Comment. ad Inst. 4. § 339.
Cannegiesser in Dec. sum. prov.*

Ten. Hofl. Caff. T. XI. Dec. CXLII. n. 3.

*Grenewegem de legibus abrogatis
tit. ne fideiuss. dotis dicent*

*Marcinus in Decif. part. II. Decif.
367. idem in Comm. in ius Lubecken.
lib. I. tit. 5. Art. 10. n. 14.*

c) D. 44. Z. 44. §. 1. In. 3. 16. 3.

*d) Titius Olf. in compend. iuris
Lauterbachii Olf. MCLXX.*

*Res eodem reddit, five simpliciter te
ad certum tempus obliges, five in-
super protesationem addas. utroque,
enim casu animus restringe se obligan-
di satis apparet.*

Vin-

- c) Fideiussor creditorori neglecto excusonis beneficio solvens aut incuriosus dilapidationis debitoris principalis frustra suum fideiussorem actione pulsat ^{e)}. Rem enim quidem suam negligere potest, non aequa fideiussoris sui conditionem deteriorem reddere ^{f)}.
- d) plane non obligetur, debitorē nondum excusso, salvā tamen exceptionib⁹, de quibus infra.
- Sed quando creditorem frustra admonuit contra debitorē ius suum tueri, ex naturali aequitate fideiussor principalis liberatur, et per consequentiam ille, qui apud fideiussorem principalem fidem adstrinxit. Securius quidem ad agendum creditorem provocat fideiussor principalis, et eodem remedio quoque consulitur fideiussori fideiussoris. Si fideiussor contra fideiussorem suum, antequam dies obligationis venerit, agere voluerit, exceptione plurispetitionis tempore actionis nondum natae et doli mali repellitur ^{g)}.

§. XI.

Indoles obligationis, quam fideiussor apud principalem fideiussorem contrahit, ex inito pacto intelligitur demum, quod ideo curate inspiciendum erit. Vel autem in *omnem causam* fideiussit, vel pro *determinata quantitate*, in illo casu et si expresse promiserit, er wolle als Bürgé für alles haften, et fortem et usuras omnesque sumitus restituere debet fideiussor.

Pinnius in Select. iuris quaest. Lib. II. Cap. XL.

Werner Observ. foren. part. VII. Obs. XXXIV.

Rossmann Disp. de fideiussore in- denna. Erlangae 1743.

vid. A. G. B. Tom. I. Tit. XIV. §. 316. seq. §. 320.

e) *Sande Decif. aureae*, Lib. III. Tit. 10. Dec. 3.

f) D. 17. 1. 44.

g) *Lauterbach Disp. de fideiussor in- denna*, th. 37.

ri^h). Alias stricte interpretamur fideiussionem, et iudex proclivior esse debet ad absolvendum fideiussorem fideiussor. At in altero casu, quando scilicet fideiussor pro certa quantitate, certaque summa intercesserit, exempli gr. ich verburge mich dem Caio für die hundert Thaler, welche Maevius den Sempronius schuldet, illam quidem solvere debet, neque plus praestat quam promisit. Qua usuras, iure romano usurae non præsumuntur deberiⁱ), sed in contractibus aut stricti iuris aut bonae fidei præmissæ demum debentur¹), ita tamen ut in contractibus stricti iuris expresse promittantur, cum in contractibus bonae fidei et tacite oblatae, quid quod ex officio iudicis ob aequitatem naturalem adiudicari possint, quod præcipue quando debitor in mora est, vel furtum usus pecuniae commisit, contingit^m). Hinc cum ex iuris romani disciplina fideiussio contractus stricti iuris esset, fideiussor usu-

rарum

^{h)} D. 50. 8. 2. §. 12, D. 45. 1.³⁴

^{j. 2.} Leyser Sp. DXXIV. m. 5.

Topp de fideiussore usuras solvente et non solvente. Helm. 767.

ⁱ⁾ C. 4. 32. 1. Si interrogations præcedente promissio usurarum recte facta probetur, licet in instrumento conscripta non sit, tamen optimo iure debentur.

^{l)} C. 4. 26. 8. Si mandator pro filio suo extixisti, vel insti tub cum eo, quem in potestate tunc habuisti, contractus est: intelligis et forte et usuris te parare oportere, si et his omnibus obligasti: ut res, quae pignoris iure defendantur, liberari possint. Quod si fideiussor creditae pecuniae interces-

fisti, teneri te ex ea obligatione explorati invis est. In illa lege nulla distinctio, ut milii videtur, inest, quod tamen Schmidt in lib. suo de fideiussore plante non obligato L. III. n. 5. dixit, ubi fideiussor simpliciter intercedens, ideo de usuris tenetur, quia intellexerit illas in obligatione debitoris principalis esse: si ad usuras obligavit, certe etiam intellexerit, et non scientiae causa, sed proper suceptam obligationem tenetur. Quia contractus mutui iure romano, ad contractus gratuitos numeratur, creditor duxat id repeter potest, quod dedit. D. 2. 14. 17,

^{m)} C. 1. c. 34.

rarum nomine non obligabatur, nisi expressa usurarum mentio facta esset. Itaque fideiussor pro pecuniario mutuo fideiusserit, ad usuras non obligatur, cum quia mutui contractus stricti iuris non estⁿ), tum quia negotium gratuitum est^o), ideoque usurae non debentur, nisi ex stipulatione^p). Sed hanc regulam non ubique pure ius romanum sequitur, quo nimurum usurae quamvis non promissae non debentur civitatibus^q), creditori frumenti^r). Iure nostro alia ratio est, in usuris *conventionalibus*^s), alia in *punitoriis*^t), cum illas solvere debeat, si in eas fideiussionem suam extenderit. Quamvis id iuri romano congruere non videatur, urgeo fideiussiones adhuc strictae esse interpretationem, ideoque cum qui pro sorte fideiussit, et pro usuris fideiussisse non censerit^u). Si vero ob moram usurae debeantur, mora debitoris fideiussoris et eius fideiussoris distingui debet. Usuras enim, quas debitor ob moram solvere debet, fideiussor fideiussoris non restituit, quippe qui se ad illas non obstrinxit. Neque obligatur ad usuras refundendas, quas fideiussor ex mora sua creditori debet, cuius scilicet negligentia ei soli nocet. Sed quando tandem ipse fideiussor fideiussoris ex mora usurarum obligationem contraxerit, sua quoque negligentiae poenam luit^v). In sumtibus tandem distinguendum est, an ex necessitate vel minus facti sunt^w): necessarios, quales in primis sunt

facti

n) J. 1. II. §. 2. D. XLV. 1. 126.
§. 2.

o) D. 20. 6. 8. D. 12. 1. II. §. 1.

p) D. 50. 16. 121.

q) C. 4. 32. 30.

r) C. b. t. 12.

s) D. 22. 2. 7.

→ N. 136. C. 4.

u) D. XLI. 1. 68. §. 1. *Madihn*
princip, iuris rom. 1. c. §. 280.

x) D. 45. 1. 59. Berger El. D. I.
Supp. Part. I. conf. LXXXIII.

y) C. 8. 41. 10. D. XLVI. 1. In
amplius fideiussores non tenentur.
Hoc enim non debet imputari fideiussoribus,
quod ille propter suam
poenam praefudit.

D

Ged.

facti in persecutionem fortis moto a debitore concursu creditorum ^{a)}, fideiussor fideiussionis restituere debet, non vero hos.

Iure civili et naturali factum alienum inutiliter promittitur ^{b)}, valet vero stipulatio, qua quis se effecturum promittit, ut quis in alterius utilitatem agat ^{c)}. In hoc casu et fideiussio admittitur, sed susceptae huius fideiussionis fideiussio non intelligitur, quia aperte degeneraret in promissionem facti alieni; quamvis non is sim, qui negat, ut ille, qui se effecturum pronunciat, ut alter quid faciat; fideiussionem det in damnum, et in id, quod fideiussoris interest, ut ille fecerit, quem promotorum se sponpondit.

§. XII.

An fideiussor fideiussoris in causam duriorem se possit adstringere, quaeritur? Quam quaestionem equidem nego, nam obligatio quae ex fideiussione fideiussionis oritur, est accessoria, quae constanter principalem obligationem, si obiectum spectes, imita-

Goeddeus in comment. de contrah. et comment. stipul. Cap. II. conclus. 10. n. 136. et 137.

Vinnius Select. iuris quaest. lib. 2. cap. 10.

Hering de fideiuss. cap. 24. n. 246. non obstat D. 45. t. 18.

a) Moto concursu creditoru*m* electio*n* competit aut interpellare fideiussor*m* aut fe*m* in concursum immiscere vult. si illud non faciat fideiussor liberatur. D. 46. 3. 95. §. 11. Si itaque fideiussor non est internellatus a creditore, et ille se non in concursum

immiscuit, etiam fideiussor fideiussoris liberatus erit. *Hegne* de fideiussore liberato, licet debitor principalis ad solutionem obligatus est.

b) J. 3. 20. 3. si quis alium daturum facturumque quid promisit, non obligatur: veluti si spondeat Titum quinque aureos daturum Quod si effecturum se, ut Titus daret, sponponderit, obligatur.

D. XLV. 1. 83.

Puffendorf de iure naturae et gentium L. 3. Cap. 7. t. 10.

c) *Leyser* Med. ad D. Sp. DXXI. §. X.

imitatur^d). Quod adeo verum est, ut ius romanum nequidem fideiuſorem, qui pro maiore summa fidem adstrinxit, quoad summam concurrentem obligatum pronunciet^e). Nihilominus tamen fideiuſſor duriori vinculo adstringi potest, ut suscep tam obligationem die veniente exſolvar^f), qui pro naturali obligatione fideiuſſit, civili iure ex fideiuſſione et perfecte obligatur^g). Ideo fideiuſſio et iuramento et hypotheca et ubi permisum obſtagio corroborari potest^h), qua in re et ius Poruſſicum ſuo modo collineatⁱ).

§. XIII.

Fideiuſſionis nexus non ſolius fideiubentis personam, ſed etiam eius heredes afficit, et dubio caret heredes fideiuſſoris fideiuſſionis teneri^m), quorumque confeſſus in fideiuſſionem non desideratur. Obligatio enim a defuncto fideiuſſore in he-

D 2 redes

d) J. 3. 21. 5. Fideiuſſores ita obligari non poſſunt, ut plus debeat, quam debitor, pro quo obligantur.

3 B. n. 6.) den iſt. (gemeinnütz. Beobachtung.

f) D. XLVI. 1. 8. §. 7. J. 3. 21. §. 6.

i) Koppen Decif. 56. n. 7.

g) D. XLIX. 1. 59. D. 50. 8. 3 et 4.

1) Allg. Geſetzbl. Tom. I. Tit. XIV.

Magis eft in pignore quam in fideiuſſione 50. 17. 20.

§. 278. Wohl aber kann ſich der Bürg zu einer bessern Sicherheit, als der Hauptſchuldner, verbinden.

h) J. 3. 21. §. 1. D. XLIV. 1. 6.

Hamburg. Stadtrecht, part. II. tit. 6.

§. ult.

art. 3., die Bürgen können nicht fo

Conradi de fideiuſſore in maiorem sumnam, quam quae debetar, adhibito. Helm. 734.

verbunden werden, daß ſie mehr follen bezahlen, denn der Principal-Schuldner, wiewohl ſie geſtrenger obligirt werden können.

Müller Diff. de latitudine nexus fideiuſſoris 768.

m) 1. 3. 2x. §. 2. Conſt. Elect. Sa-

Erfaffer ob derjenige Bürg, der eine höhere Verbindlichkeit als der Hauptſchuldner übernimmt, nach der Theorie des R. R. zu nichts verbun-

xon XX. part. II.

Frieſe de herede fideiuſſoris. Ie-

nae 704.

Frieſe de nexus heredium ex fideiuſſione defuncti, R. 735.

redes transit, ideoque *Ulpianus*ⁿ⁾ heredem obligatum reliquise dicit^{o)}). Quando vero fideiussor fideiussionis expresse suam tantummodo personam teneri voluit, morte fideiussoris obligatio expirat^{p)}; quod vero constitutum non praesumitur, nisi forte iuris provincialis auctoritate^{q)}). Quando vasallus in domini directi utilitatem fideiusserit, ex facto pendet quaestio, non ex iure, ad quosnam pertineat fideiussore extincto fideiussionis vinculum.

Ius vero Borussicum cum iure communi eadem principia servat^{r)}.

§. XIV.

Vi regulae supra §. IV. expositae, quod, quidquid inter creditorem et fideiussorem valet, id etiam obtineat inter fideiussorem et fideiussorem fideiussoris; omnia beneficia, quae fideiussori tributa sunt, competit quoque fideiussori fideiussoris. Nam quamquam dies obligationis ex suscepta fideiussione fideiussionis oriundae tunc demum venit, quando fideiussor principalis solvit, et debitor principalis inutiliter excusus est, tamen fieri potest, ut debitore non excusso fideiussor fideiussoris forte

n) D. XLII. 1. 4. §. 1. Leyser
med. Sp. DXXIII. §. 13.

o) C. 8. 38. 13.

p) D. 2. 13. 13. o. D. 50. 17. 23.

Magdeb. Polizeyordnung, cap. 51. §. 12.
Die Bürgschaften verbinden auch in unserm Herzogthum Magdeburg der Bürgen Erben, wenn gleich deren in der Verfchreibung nicht gedacht, so weit des Bürgen Nachlaß sich erstreckt, es wäre denn in der Verfchreibung ausdrücklich abgehandelt, daß enstatt des verstorbenen Bürgen der

Schuldner dem Gläubiger einen andern setze, welchenfalls der Bürgen Erben aus der Bürgschaft Verfchreibung nicht besprochen werden sollen.

q) In monniliis statutis ordinatum est, ut obligatio fideiussoris non ad heredes transiens sit.

Erfurter Stadtrecht. Walchs Beyträge, Theil V. §. 37.

Müllensay Stadtrecht, P. 3. Art. 67.
§. 13.

Mecklenb. Landrecht v. Jahr 1621. §. 2.
r) 1. c. §. 334.

forte conveniatur. Eadem ratione, quia non semper creditorum agentem excutiendi debitoris praescriptione repellere potest fideiussor, ita et haec in fideiussore fideiussoris compulso contingunt. Neque naturae fideiuisionis fideiuisionis repugnat beneficij ordinis renunciatio, quae scilicet renunciatio in fideiuisione indemnitas fideiuisionis intelligi nequit. Ratio in aprico. Fideiussore enim indemnitas fideiussoris principalis remittens beneficium excussionis, a natura fideiuisionis recedit, et eodem iure, quo fideiussor indemnitas iudicatur, qui ut fideiussor ad solvendum adstrictus censetur^{a)}. Quando fideiussor fideiussoris renunciavit beneficij suis, distinguo, an principalis fideiussor iam tunc renunciaverit beneficio excussionis, nec ne. In illo casu dubio carer, fideiussorem fideiussoris statim, et quamvis debitor non sit excusius, conveniri posse; voluntibus enim non sit iniuria. Quando vero in secundo casu fideiussor principalis creditori solverit, omisso beneficio excussionis non obligatur fideiussor fideiuisionis, (§. X. n. c.). Quando vero fideiussor fideiussoris beneficio ordinis non renunciaverit, et a fideiussore principali conveniatur, qui neglecta excussione debitoris principalis solvit, reus fideiussor fideiussoris plane non obligatur. Sed quid si fideiussor principalis principaliter obligatus solverit creditori, num etiam et tunc statim fideiussor fideiussoris conveniri poterit a fideiussore principali et uti ordinis praescriptione, cui non renunciavit? Num fideiussor principalis in eadem conditione positus censeri poterit, quasi renunciasset beneficium suo post receptum fideiussoris fideiussoris? Pro certo habeo, in illo casu beneficium suo uti non posse fideiussorem fideiussoris, quia fidem suam dedit fideiussori, si solverit.

Absol-

^{a)} Schilter exercit. ad L. XLVIII. §. XXVII.

Absolvendum putarem in hoc casu, si fideiussor principalis culpae aut doli reus probari queat. Quando itaque fideiussor principalis creditori coactus solverit, vel propter inopiam debitoris non solvendo existentis, vel propter privilegium, vel quia latitat^t), ideoque fideiussor principalis excutiendo debitorem, rem salvam habere non potest, denegandum quoque est fideiussori fideiussoris beneficium, et confirmata adest regula, quod fideiussor principalis, quoties absque culpa aut dolo condemnatus fuerit, toties fideiussor fideiussoris beneficio excussionis uti nequeat, sed pure in rem fideiussoris principalis creditori solventis condemnandus sit. Si itaque debitor principalis moratorium a principe impetraverit, et a creditore conveniri nequeat, et fideiussor et per consequentiam fideiussor fideiussoris de solutione praefanda tenetur. Secundum enim, quam rectam arbitror sententiam iureconsultorum^u), moratori beneficium, quod mere personale est, fideiussori neutram quam competit. Quamvis leges provinciales et locorum statuta exceptionem quandoque suppeditent, moratorio vim beneficii realis tribuentes^x). Qua quaestionem, quatenus fideiussor et in consequentia fideiussor fideiussoris obligetur, si creditor diem solutionis in favorem debitoris prorogaverit, distinguo, an hanc dilationem volens lubensque aut invitus creditor concesserit. In illo casu dubio caret, creditorem et debitori et fide-

t) Auth. p[ro]ae C. de fideicommissione. Nov. IV. vers. 1.

D. 17. t. 12. D. XLVI. I. 29. 4-59. I.

Schott an absentia debitoris principalis sub aliena iurisdictione sit hodie insta causa fideiussor ordinis benef. privand. Lips. 1773.

u) Cöller de processu execut. P. I. Cap. 10. n. 384

Maccius P. III. 261. n. 1.

Boehmer Exercit. ad Dig. Ex. 46.

§. II.

x) D. 44. I. 7. Zanger in tr. de except. P. III. cap. ult. 263.

fideiussori dilationem concessisse. In posteriori vero casu, si iudex dilationem concessam extorserit, aut pactum dilatorium cum maiore parte creditorum initum, quam pauciores sequi debent ^y), fideiussor omnino tenetur. Hoc enim casu ad idem res recedit, quasi debitor principalis solvendo non sit, et fideiussor principalis obligatur. Et inutilis foret omnis fideiussio, si fideiussor de solutione praestanda non tene-
tur. Idem obtainere arbitror, si fideiussor beneficio excusione uti nequeat, quia debitor principalis latitat ^z). Certum ius est, fideiussori non prodesse exceptionem, quae debitori principali non competit, quia creditor non consentit ^a). Si vero per pactum remissiorum ^b), et quod omnino differt a pacto dilatorio, et si creditores quora debiti parte soluta debitorum dimitant, utique interest, an extra judicialiter, quod maxime hodie mercatores sequi solent ^c), ad evitandum con-

cursum

y) D. XIV. 8. Maiorem esse partem pro modo debiti, non pro numero personarum placuit, quod cum sequales sunt, in cuiuslibet debiti, tunc plenum numerus creditorum praferendus est.
z) Cons. de beneficio ordinis seu excusione §. XIII.

a) D. XVII. 1, §8. §. 1. Lucus Titius creditori suo mandatorem dedit, deinde defuncto debitorio maiore parte creditorum consentiente, a Praetore decreatum est, ut portionem creditoris ab heredibus ferant, absente eo creditore, apud quem mandator existenter. Quapropter, si mandator conveniatur, an eandem habet exceptionem, quam heres debitoris? respondi; si praefens apud Praetorem ipse quoque consentifet, pactus videtur

insta ex causa, eaque exceptio fideiussori danda esset et mandatori. Sed cum proponas enim adfuisse, iniquum est anferri electionem, sicut pignus aut privilegium, qui potius praefens id ipsum proclamare nec desiderat. decre-
tum praetoris: nec enim, si quis dixerit summovendum creditorem, heredi consulitur, sed mandatori, et fideiussori quibus mandati iudicio eandem partem accepisset, an reliquum permittendum esset, creditori fideiu-
ssori convenire dubitatum sit? Sed videtur consentire decreto, convenien-
do herede.

b) Bochmer Exercit. ad Dig. Ex. XXXIX.

c) Kohl de pecunia mutuatica
tute collocanda, Cap. VII, §. 103.

cursum ex odio sumtuum, et an in illud ipse creditor consenserit; quo in casu neque fideiussorem, neque fideiussorem fideiussoris teneri arbitratur. Creditor enim satis luculenter declarat, quod illa parte, quam debitor offert, contentus esse velit; nam quid naturalius, cum debitorem non excusserit? Si vero pactum judicialiter initum fuerit, invitus creditor hoc pacto obligatus dici nequit, quia neminem index, ut suum ius omittat, cogere potest^{d)}, cuius potius est officium, suum cuique tribuere. Idemque ius procedit in fideiussore et fideiussore fideiussoris. Quae principia et sequi debemus, quando fideiussor principalis confideiussores non habens, condemnatus fuerit, ut solvat fideiussori fideiussoris, exceptionem excusationis denegandam esse statuo. Fideiussor enim fideiussoris, cum confideiussoribus fideiussoris sui principalis non contrahenti, ei nulla iura contra illos competunt, neque fideiussor principalis cogi potest, ut contra confideiussores agat, quia commodior ei est actio in fideiussorem fideiussoris competens.

§. XV.

Fideiussori fideiussoris contra suos confideiussores denegari nequit *beneficium divisionis*. Constat pluribus confideiussoribus fideiussori pro eodem debito datis sine partis mentione adiecta, beneficium divisionis locum fortiri^{e)} eiusque exceptio-
nis vim esse, ut fideiussor fideiussoris ultra ratam suam condem-
nari

^{d)} Thomasin's Disp. de protestatione institiae per amicabilem compositionem partium litigantium a iudice tentandam.

^{e)} Heimburg de transactione judicia-
li invita.

Beneficium divisionis a Dico Hadriano introductum, ut contra confideiussores, si in solidum teneantur, obligatio divideretur, adeo semper ut creditor a singulis, qui litis contentiae tempore solvendo sunt, partes petere

nari non possit. Sed ut hoc beneficio uti possit, requiruntur confideiussores, qui litis contestatae die solvendo sunt^e). Actore vero negante hosce rei confideiussores solvendo esse, fugienti fideiussori probationis onus incumbit, cum quia affirmat, eos idoneos esse, tum quia quod solvendo sint, allegatio unicum exceptionis fundamentum efficiat et excipiens agere videntur f). Si vero post litem contestaram demum bonis lapsi fuerint, hoc fideiussori fideiussoris excipienti non nocet, sed fideiussori, quamvis is vel maxime minor fuerit, quia deceptus non vindetur, et vitium alienae cessationis alterius non cessantis dispendio cedere iuris ratio non patitur g). Fideiussor solvens solutumque a fideiussore fideiussoris repetens, ut actiones suas contra debitorem principalem cedat, obligatur. Utile est hocce beneficium fideiussori fideiussoris, si adsint vel confideiussores fideiussoris, vel parata sit contra debitorem principalem actio

petere compellantur, cum si quis tunc solvendo non sit, pars eius ratione creditoris reliquias nerat. D. 14. 6.
26. sicut et, si ante exactam a se pavent sue bavende decessit, non enim ipso iure beneficium divisionis indulgetur. Epistola illa, (nam epistola pro edicto ponitur, quod ex Bachii Historia iuris rom. p. 452 videatur,) edicto perpetuo infra est; unde etiam Paulus in Select. sententiis 1. 20. illam ex edicto perpetuo derivat. Ius antiquum, quod creditori electionem inter confideiussores concessit, per edictum non mutabatur, si confideiussores beneficium Hadriani ignorabant. Doctores, inter alios Murens et Iun. a Cosci in Prael. ad Tit. Cod. de constituta pecunia, in Meermann

Thefauro, Tom. I. p. 721. epistolam illam non Hadriano, sed D. Pio tribunt, sed Heinicus in antiquit. iuris rom. L. III. Tit. 21. demonstrat, D. Pius auctorem huius beneficii non esse, quia certum est, edicto perpetuo insertum esse. Edictum perpetuum nempe an. N. C. 131. publicatum est, et D. Pius an. 138. imperium obtinuit. Videntur tamen D. Pius illud beneficium nova epistola stabilivisse, D. XLVI. 1. 4. §. 1.

e) Noodt in Probat. iuris civil. Lib. II. Cap. 1.

f) D. 44. 1. 1. G. 8. 36. 9. D. 22. 3.
18. §. 1.

g) D. XLVI. 1. 51. 54. G. 5.
52. arg. 1. 1.

E

mandati, vel actio negotiorum gestorum ^{h)}, vel si denique actio, quam creditor contra debitorem principalem habet, adeo sit privilegiata, ut in cessionarium transire queat, nam tunc cessa actio facit ius praecipuum fideiussoris, qui mandati vel negotiorum gestorum actione indemnitatem consequi non posset. Praecipue vero fideiussor fideiussoris cessam actionem tunc contra debitorem instituet, si iste ad meliorem fortunam forte pervenerit, sed iam quaeritur de forma beneficii cedendarum actionum. Iure romano cessio inutilis est solutione iam facta ⁱ⁾, aut pure aut sub conditione actionis debitore cedentia. Quando fideiussor fideiussoris solverit fideiussore principali non cedenti actiones, quas contra confideiussores fideiussoris haberet, fideiussori fideiussoris plane nulla contra confideiussores competit. Ex opinione quorundam ^{m)} fideiussori etiam competit beneficium cedendarum actionum contra debitorem, cui neglecta quamvis non renunciata exceptione cedendarum actionum solverit, cum ei in id contra debitorem ex emto actionem concedant. Sed fundamento haec sententia destituitur. Cessio enim non ubique ex causa emtionis venditionis fit, neque quae inter emtorem et venditorem obtinent, omnia in cessione actionum defendi possunt, quod exempli gratia in causa evictionis praestandae manifestum est.

§. XVI.

Actiones ex fideiussione oriundae moventur vel a fideiussore fideiussionis contra debitorem, vel instituuntur a fideiussore

^{h)} Voet. Comment. ad Dig. L. XLVI. 1. §. 28.

^{m)} Hering de fideiuss. Cap. 28.

ⁱ⁾ D. XLVI. 1. 39.

n. 35—49.

Strauß in Syntagm. iuris civil. Ex.

47. th. 45.

Carp.

sore principali contra fideiussorem fideiussoris. Fideiussor fideiussoris contra debitorem uti potest

A. *actione mandati contraria*. Est haec actio personalis, qua fideiussor fideiussoris eiusque heres a debitore principali eiusque herede repetit volente creditore solutum; ut competit, requiritur

- a) contractum negotium mandati;
- b) ut actor, qui hic fideiussor fideiussoris, satisfecerit.

Quo actionis fundamento deficiente deficiat necesse est, ipsa actio, quae institui nequit a fideiussore fideiussoris, a fideiussore principali fideiussionem remittente liberato, utpote qui solutione non liberatus est. Sed non competit actio, quando fideiussor fideiussoris non creditori principali, sed fideiussori solverit, si debitor principalis mandaverit, ut creditori solveret. Intendimus per hanc actionem, ut

1) debitor fideiussori fideiussoris restituat, quod fideiussori solverit. Non implicat, solutionem hanc et per apocham fideiussoris instrumentum obligationis contractae restituentis probari posse^{o)}. Et hac scriptura deficiente, ex chirographo debitoris probatio instrui poterit, quamvis solius chirographi possesso, si de quantitate soluti quaeratur, probationem non absolvat. Sed iurisurandi auxilium forte accedere possit^{o)}. Porro hac actione repetuntur

2) usurae, non solum, quas actor fideiussori principali solvit, sed etiam eae, quas sibi ipsi a momento solutionis praestari

E 2

stari

Car p z o v Iurisprudentia forensis
P. II. const. 1716.

Hoepfner Comment. ad Inst. L. 3.
T. 21. §. 845.

n) Schmidt Tract. de fideiuss. plane non obligato, p. 135.

o) Maevius P. VIII. Decif. 213, n.
3. et Part. VI. decif. 348.

flari desiderat ^p). Suntque qui hic usuras usurarum praestandas defendant ^q). Persequimur eadem actione

^r) et impensas necessarias, et

^s) omnem indemnitatem ex causa suscepiae fideiussoris. Aequitas non permittit, ut actor damni, quod culpa sua passus est, resarcitionem petat ^t), cum in damno ea esse non videatur.

A fideiussore conventus veniente die solutionem tamen iniuria retractans, quando condemnatus est in summus litis hos eadem ratione non repetit: suae enim temeritatis poemam luit. Nec in hac re ius Brandenburgicum a iure communis dissentire video ^u).

Cessat denique mandati actio, si nullum mandati negotium contractum fuerit, aut dissolutum.

Altera,

B. quae competit, *negotiorum gestorum actio* est. Hoc remedio solvens fideiussor fideiussoris utiliter utetur, cui debitor mandatum nullum dederit, et actor animo obligandi debitorem principalem solverit. Cessabit haec actio, si invito et prohibente solverit debitore, cum animo donandi magis solvisse videatur ^v).

Haec de remediis, iam de forma. Ius scilicet suum et in processu executivo persequi poterit fideiussor fideiussoris, modo instructus sit iis probandi mediis, quae huius processus natura desiderat ^w).

Quaeri

^p) D. 17. 1. 12. §. 9. D. 22. 1. 32. 2.

^q) Cramer Wetzlarische Nebenst. Th. LXV. p. 133.

^r) Maevius Part. VII. decif. 201.

^s) A. G. 1 Th. 14 T. §. 351.

^t) D. 17. 1. 6. §. 2. C. 2. 19. 1. ult.

^u) Werner. Tom. I. Part. II. Obs. 498.

Quaeri potest, an fideiussor fideiussoris actione mandati honorarium petere possit, quod debitor spopondit ^{x)}, cuius rei praecipua utilitas in causa mulieris intercedentis erit et beneficio SC. Velleiani carentis. Ius Brandenburgicum non reprobat pro susceppta obligatione fideiuissionis honorarii promissionem, determinans quantitatem in id, ut unum procen-
tum non excedat ^{y)}.

§. XVII.

Fideiussori contra fideiuissorem fideiussoris actio ex stipu-
latu merito competit, quamvis hodie in fideiuissionibus contra-
hentis stipulationis forma non utatur. Dicta de obligationi-
bus, quae in fideiuissorem fideiussoris cadunt, iam repetere no-
lo. Potius de quaesitione videre liceat, an fideiussor, qui ex
bonis, quae fideiussor fideiuissoris tempore susceptae fideiuissio-
nis possidebat, satisfactionem et indemnitatem consequi ne-
quit, eam ex illis, quae postea quaesita sunt, petere possit.
Fideiuissio strictam interpretationem admittit, ideoque fideiu-
ssor fideiuissoris in cautione fideiuissionis de bonis loquens, de
futuris et adhuc quaerendis bonis cogitasse non videtur, et ex-
pressis verbis omnia sua bona oppignorare deberet, et se obliga-
re in omnem indemnitatem. Nam generalis bonorum oppi-
gnoratio non ad sola bona, quae debitor tempore oppignora-
tionis possidebat, sed etiam ad futura pertinet, quae iuris prin-
cipia et in isto loco obtinere debent ^{z)}. An statim, simul atque
fide-

^{x)} D. 17. 1. 6. §. ult. h. t. 6. 7.
^{y)} A. G. Tom. I. Tit. 14. §. 363 —

368.

^{z)} Leyser Sp. 223. n. 5. Brunne-
mann ad 1. ult. C. quae res pignori-
eb. possunt.

C. 8. 17. 9. Si quis in cuinscunque
contractus instrumento ea verba posu-
erit, fide et periculo rerum ad me
pertinentium vel per earum exactio-
nem satisfacere tibi promitto, sufficiere
ea verba ad rerum tam earum, quas
in

fideiussor solverit, contra fideiussorem fideiussoris agi possit, ut novo processu opus non sit, porro quaeritur? Quam questio-
nem dicta indicant, actionem tum demum institui posse, quan-
do dies obligationis venerit, et debitor moram solvendi con-
traxerit. Sed cum fideiussor fideiussoris exceptionibus forte de-
fendi possit, quae fideiussori non competebant, et ipsa actio,
qua a creditore fideiussor compulsus est, omnino differat, quam
contra fideiussorem fideiussoris mouet, consequens est, ut fidei-
iussor fideiussoris nova et separata actione conveniri debeat,
cum inauditum condemnare incivile sit, et pro condemnato
haberi non evocatum^a). Et ut actio fideiussoria regulariter et
heredibus detur, et contra heredes, etiam in hoc loco idem
obtinere arbitror, nisi aliter partes convenerint inter se^b).

§. XVIII.

Conferendo modos liberandi fideiussores cum iis, qui-
bus fideiussor fideiussoris liberari potest, omnia fere inter se
convenire videntur; sunt tamen quidam modi proprii, qui
fideiussorem fideiussoris liberant.

a) Defecus fideiussoris primi. Deficere viderur fideiussor
principalis, qui tempore solutionis praefandae solvendo non
fue-

in praesenti debitor habet, quam fu-
turorum hypothecam facimus, nec
ex prioribus functionibus minus ha-
bere specialis hypothecae memoriae
videtur; cum sit initum, voluntatis
contrahentium magis, quam verborum
conceptionis inspicere; super qua
generali hypotheca illud, quoque ad
conservandam contrahentium voluntatem
facimus, ut si res suas suppor-

nere debitor dixerit non adiecto, tam
præfectes quam futuras, ins. tamen gene-
ralis hypothecae etiam ad res futuras
producatur.

a) Stryck in Diff. de effectu rei
iudic. contra tert. §. 50. D. 48. 17. 1.

b) Schmidt Klagen und Einreden,
2 Th. §. 841 seq. C. XXXVIII. XL.
2. §. 9.

fuerit, vel supremum diem obierit heredes ex sua fideiussione non obligatos relinquens. Nam quando heredes, quod regulariter fieri solet, fidem defuncti fideiussoris liberare debent, mors ipsius fideiussoris principalis fideiussorem fideiussoris non liberat. Quando fideiussio fideiussionis principalem fideiussionem antecesserit, inutilis est: accessoria enim obligatio deficiente principali intelligi nequit. Ex facto quaesitum invenio: Titius Caio debet, apud quem Maevius sub ea conditione fidem suam pro Titio obstringit, si Sempronius fidem habere iusserit. Sempronius non intercedit, et debitor Titius adeo bonis cadit, ut rem suam ab eis Caius creditor salvam habere non possit, qui ideo Maevium compellit ut solvet. An competit contra Maevium actio, queritur? Equidem non puto: intercessit quidem Maevius in gratiam debitoris, et per consequentiam tantum in gratiam creditoris, sed quod maximum est, fideiussio addita conditione, quae non fideiubente Sempronio aut deficiente non existit; evanescit igitur obligatio, quam Maevius suscepisse videtur, qui ideo obligatus dici nequit, cum fideiussiones magis sint coarctandae, quam extendendae. Proferam ideo speciem, *Iureconsultis Ienensis* e) oblatam. Rudolphum Lüderum centurionem Rex Sueciae procuratorem redditum in Wolfhagen constituit, quod officium subiens de duobus millibus thalerorum fisco satisdare debet, datis fideiussoribus immobilia possidentibus. Rudolphi affinis hypothecam constituit in bonis Oldendorfiae sitis, indigenae bona possidente pro Lüdero apud fisum fidem interposituro. Verba cautionis publice in hanc rem conscriptae ita fluunt: und dann, dieses meines Herrn Schwager Caventen billig mit hinlanglicher Rückbürgschaft hinwiederum zu versehen ist:

Sed

e) Brockes Observationes forenss. arg. CCCXXVI.

XL SECTIO I. DE FIDEIUSSORE FIDEIUSSORIS.

Sed Lüderus non invenit immobilium in his terris sitorum possessorem, qui intercederet. Moritur interim centurio et disunctae rationes debitorem ostendunt DCCIII Thalerorum. Fiducia postulat ab affine Lüderi solutionem huius pecuniae publicae residuae: conventus reus se fidem suam dedisse fisco negat, et extinctam urget, propter non impletam conditionem promissam. Sed cum iste fideiussor fideiussoris in ista verba fidem insisset: so verbinde und verpflichte ich mich hiermit und kraft dieses mit ausdrücklicher Verpfändung — dergestalt und also, dass ich des gedachten Rentmeisters nach abgeschlossenen seinen Amtsrechnungen alsdenn schuldig bleibenden Rest zu bezahlen, in entgegengestellter Bezahlung aber Königl. und Hochfürstl. Rentkammer zu Cassel oder einem getreuen Inhaber dieses Briefes sich aus besagten meinen Erbländern bezahlt zu machen Fug und Recht habe; merito condemnatus est. His enim formulis aperte se se obligatum velle Camerac declaravit, ex quibus patet eum non ut solum fideiussorem fideiussoris, sed etiam ceu confideiussorem fidem iubere voluisse^{a)}.

b) Transactio, quam fideiussor principalis cum fideiussore fideiussoris init, hunc liberat; ut et

c) Remissio, quam vel a creditore, vel a fideiussore impetravit. Nam si creditor fideiussorem dimiserit, per consequentiam liberatur fideiussor fideiussoris. Denique

d) Culpa fideiussoris principalis nonnunquam liberabit fideiussorem fideiussoris. Nam si fideiussor in ius vocatus item negligens condemnatus fuerit, licet iudicato satisfecerit, a fideiussore fideiussoris nihil repetet.

^{a)} Böbmer Diff. de interpret. fact. contra eum, qui clare loqui debuiss.

SECTIO

SECTIO SECUNDA,

SISTENS

DIFFERENTIAS INTER FIDEIUSSOREM
SUCCEDANEUM, INDEMNITATIS, ET
FIDEIUSSOREM FIDEIUSSORIS.

CAPUT PRIMUM.

DE

DIFFERENTIA FIDEIUSSORIS SUCCEDANEI
ET FIDEIUSSORIS FIDEIUSSORIS.

§. I.

Ut magis principia de fideiussore fideiussoris exposita pateant,
inutile non videtur con'erre habitum fideiussoris fideiussoris
cum illo, quo aliae fideiussorum formae conspiciuntur. Pri-
ma sit inspectio *de fideiussore succedaneo, quem Rückbürge* ^{a)} no-
mina-

a) Verbum illud *Rückbürge* non
de dorso derivari licet, sed de retro:
qui retro securitatem promittit, si fide-
iussor primus deficit. *Magdeb.*
*Polizeyordnung Cap. LIII. v. Bürg-
schaften §. 8.* Der Rückbürge soll
nicht ehr im Anspruch genommen
werden, als bis der erste Bürge aus-
geklagt, wenn er sich gleich des Be-
neficii excusacionis ausdrücklich bege-

ben hätte. *Allg. Gesetz b.* fide-
iussorem succedaneum ita definit:
der sich zur Schadloshaltung des Bürg-
gen anheischig macht; sed ille est
fideiussor indemnitas fideiussoris:
quam tententiam *Gailius lib. 21.*
Obs. 72. n. 13. Schneidewin Inst.
§. 6. Trentler Select. disput. vol. 2.
disp. 18. th. 3. lovent.

F

minamus. Qui hanc provinciam administrandam sibi sumserunt, quod non frustra mireris, passim succedaneum fideiussorem cum fideiussore fideiussoris eundem reputant^{b)}, a quo ramen aperte distinctus est. Ex appellatione iam differen inteligi potest. Quid enim est succedere? nisi locum alterius occupare, quod de fideiussore fideiussoris dici nequit, qui scilicet locum fideiussoris non occupat, eius obligationes erga credito rem in se suscipiens. Sed fideiussor succedaneus loco deficien tis fideiussoris primi creditorem securum facit, eumque fideiussorem nuncupo, *qui in gratiam creditoris in eum eventum fidei iubet, quando fideiussor primus non solvendo fit vel deficit c)*. In contrahendo vinculo fideiussonis succedaneae intercedit negotium pactumve inter creditorem et fideiussorem succeda neum. Quamobrem fideiussori primo nihil iuris in fideiussorum genus utilitati virae communis et commerciorum opitulatur, et utilitatem affert non solum creditori, sed et ipse fideiussor eam percipit, ex hoc negotio oriundam. Creditor nimirum securior evadit, qui duos obligatos habet; fideiussor vero succe daneus

^{b)} *Illi. Dabellow in Syst. iuris priv. I. Theil. I. c.*

Madibn princip. iuris rom. §. 272.
Willenberg de fideiussore succe daneo.

Müller in *Promtuario iuris novi*, Tom. 10. Fideiussor §. 19.

^{c)} Quae differentia etiam in legibus fundata est, quamquam ei respetu nominationis non adest; quod ex D. XLVI. i. 27. §. 2. videtur. Praeter ea si quaeratur, an solvendo fit principialis fideiussor, etiam vires sequen-

tis fideiussoris adgregandae sunt; quod tamen de fideiussore fideiussoris dici nequit.

Boenigk in *Dig. Lib. 10. tit. 24.* ita recte definit: Est ille, qui in maiorem creditoris securitatem ita fideiussor ut si creditor nec a debitore, nec a fideiussore suum confectus fuerit, in hunc eventum et insubdium ipse tenetur. *Rückbürge.*

Hering de fideiuss. Cap. IV. §. 59.
Goddaeus de contrah. et commut. stipul. Cap. V. §. 133.

daneus non tanto periculo exponitur, quod ei timendum foret, quando confideiussor intercessisset, quia succedaneus fideiussor non obligatur, nisi salvam se non posse habere rem suam, demonstraverit creditor, a debitoro eoque excuso a fideiussore primo ^{cc}). Quae inspectio sola demonstrat, fideiussoris succedanei conditionem deteriorem fieri, si beneficio excusione renunciaverit. Conditio fideiussoris primi omnino non mutatur, si creditor fideiussorem succedaneum receperit. Qualitas fideiussoris succedanei non contrahitur nisi interveniente pacto, quod inter creditorem et fideiussorem initum est, quamquam non requiritur, ut statim fideiussio succedanea accedat ad principalis fideiussionis suspicionem, sed pactum fideiussoris succedanei principalis fideiussoris stipulationem et sequi et antecedere potest. Si fideiussio succedanea fideiussoris principalis obligatione anterior est, nihilominus fideiussore principali non obligato fideiussio succedanea evanescit. Intelligi enim nequit efficax succedanea fideiussio principali non existente, et si debitor principalis non solvendo sit, non ut fideiussor simplex conveniri poterit, sed ideo liberatus est, quia nunquam obligatus fuisse videtur ^d). Eodem modo, quo fideiussores fideiussoris partiti sumus, etiam fideiussores succedaneos distribuimus, et ad fideiussorem succedaneum omnia applicamus, quae in fideiussore communia principia iuris scimus obtinere. Frustra fideiussor succedaneus a quibusdam cum fideiussore indemnitas confunditur, quamvis succedaneus fideiussor esse nequeat, quem leges ab omni fideiussionis negotio repellunt.

F 2

§. II.

^{cc}) D. XLVI. 1. 52.ante Titium excusum non recte pe-
tatur.^d) D. XLV. 1. 116. a Maevio enim

D. XII. 1. 1. fin. D. XLVI. 3. 21.

§. II. de fideiussione non solvendo

Quaeritur, quando dies fideiussionis succedaneae veniat? Ipsa fideiussio succedanea in eum eventum suscipitur; quando fideiussor non solvendo est; ideo semper fideiussor primus frustra excusus requiritur. Fideiussori enim succedaneo, ut omnia beneficia fideiussoris communia habet; nec beneficium ordinis negari potest. Sed hae propositiones non ubique vim suam retinent. Tenetur nimurum nonnunquam fideiussor succedaneus debitore nondum excusso. Quod contingit

a) praecipue, si rerum suarum parum curiosus beneficio excusionis renunciaverit. Quam sententiam defendo respectu habitu ad debitorem, relata enim ad fideiussorem principalem absurdia foret, cum ipsam tolleret fideiussoris succedanei notio nem. Deinde

b) beneficio excusionis non utetur, qui illo se se indignum fecit, quod maxime contingit, si fideiussor creditorem impulerit, ne contra debitorem agat ^{e)}. Amitit quoque beneficium, qui a creditori convenitus dolo malo fideiussionem insciatus fuerit, cuius probationem artulit creditor actor ^{f)}, aut si de iudicato solvendo, aut ut quis se iudicio sifat, succedaneam fideiussionem suscepit. Prouti, antequam fideiussor principalis excusus non est, fideiussor succedaneus conveniri nequit, ita etiam eius obligationis dies ob alias causas quoque non venit ^{g)}. Sic nimurum principalis fideiussor succedaneus obligatur, si fideiussor primus ob impedimenta, quae eius con venient.

e) C. 10. 19. 3. Hering tr. de fideiussor. Cap. 27. p. 1. n. 238.
Lauterbach Colleg. pract. lib. 48.
tit. 1. §. 39.

f) Rivinus Diff. de fideiussore insciant. Lipl. 1748.
g) Faber in C. ad tit. de fideiuss. t. 3.
Müller ad Struv. exer. XLVII. th. 49.

veniendi ius intercipiunt, conveniri nequeat. Quae impedimenta vel iuris vel facti sunt. Illius generis impedimentum adest, quoties fideiussor primus propter legum prohibitionem conveniri nequit. Sic succedaneus fideiussor eius, qui naturaliter tantum fideiussionis obligatione constringitur, scilicet prodigi, beneficio excussionis uti nequit, et ideo statim obligatur. Et hoc inde venit, quia excussio non intelligitur, cum ius romanum contra naturaliter obligatum actionem esse neget^{b)}, quam sententiam Marcelliⁱ⁾ Imperator^{l)} approbavit, quamquam Ulpianus^{m)} aliam amplexus est. Iam de quaestione: an fideiussor succedaneus privilegium mulieris fideiubentis contra creditorem habeat (§. 8.), iudicari potest. Et exceptione senatusconsulti non uti poterit, quia fideiussore primo non solvente obligatur, et nihil interest, an ideo primum locum occupet, quia primum amplissimi ordinis decretum liberaverit. Neque obstat, si quis dixerit: qui pro foemina intercedit, non obligatur, foeminae enim intercedentis obligatio naturalis tantum est, iure novo reprobata, et foemina ex fideiussione solvens solutum condictione indebiti reperit, hinc obligatione principali inutili accessoria quoque inefficax est, eapropter quia initio iam, ut *Dioctelianus* et *Maximianus*ⁿ⁾ rescripsierunt, per exceptionis auxilium obligationi tuae adhaesit securitas, qua conveniens defendi poteris. Sed in promtu est ad haec responsio. Foemina

b) D. XLVI. 3. 94. §. 4.

i) D. XLVI. 1. 25. Marcellus scripsit: *Si quis pro papillo sine intentio auctoritate obligato, prodigiove vel furioso fideiussor, magis esse et ei non subveniatur, quoniam hic mandati actione non competit.*

Leyfer Med. ad V. VII. Sp. DXXIV. m. 7.

l) Inst. 3. 21. 1. Schmidt de fideiuss. plane non oblig. §. LIV.

m) D. XLV. 1. 6.

n) D. 16. 1. 8. §. 4. C. 4. 29. 15. Si uxori pro marito contra senatus consultum intercessura, te rogavit mandatario nomine, ut pro ea tuam fidem obstringeres, initio contractus

mina enim hic est ipsa debitrix, et non fideiussit pro debitore, cuius rei magna hic est auctoritas. Fideiussor quidem succedaneus fidem interposuit pro foemina, cuius debitum vero lex non reprobavit; alia foret conditio fideiussoris pro foemina intercedentis, quae naturaliter est obligata. Porro fideiussor succedaneus fideiussoris primi locum qua obligationes occupat, sed non eius iura et beneficia in se derivat. Omne dubium ergo cadere puto, quod fideiussor pro foemina intercedente teneatur.

§. III.

Iam videamus, quomodo et in quam summam fideiussor succedaneus teneatur, qua in quaestione semper tenendum est, fideiussorem nostrum teneri ex pacto. Iam vero creditori fidem addixit, vel in omnem causam, vel pro parte. In illo casu et sortem et usuras et impensas solvere debet, et in usuris nil interest, an a debitore, an a fideiussore praestandae sint. In omnem enim se obligavit causam, ideoque et omne damnum, quod in creditorem redundat, refarcire debet ^{o)}. Nec immrito de impensis tenetur, si modo necessariae fuerint, quo pertinent et sumptus litis. Si vero pro parte debiti fideiusserit, in hanc tantummodo obligatur, et in hoc loco fideiussio strictae est interpretationis, ideoque in usuras ^{p)} nequidem punitorias non condemnabitur, nisi ad eas solvendas sua mora se obligaverit

per exceptionis auxilium obligationis
tuae adhaesit fecuritas, qua conveniens
defendi potes.

Sommer de fideiust. beneficio ordinis
non gaudentibus.

^{o)} D. XIX. 2. 45. D. XLVI. 1.
56. §. 2.

Leyser Med. Sp. DXXIV. m. 7.

^{p)} D. XLVI. 1. 68.

Walch in int. in cont. iuris civilis
Sect. III. Cap. 10, mem. II. sub II. §. 5.

verit^q). Nec de fructibus tenetur, nisi in se receperit^r), quo casu et de usuris tenetur^s), uti constat eum liberari solutione quantitatis promissae^{ss}). Non dubitatur, fideiussorem succedaneum se arctius posse obligare, quam ipse fideiussor primus obligatur. Ut ipsis obligationibus fideiussor satisfaciatur, datur creditori actio fideiussoria^t), quae etiam eius hereditibus^u) competit.

§. IV.

Facilis est iam enumeratio casuum cessantis obligationis fideiussorum succedaneorum. Toties obligari plane negatur, quoties creditori contra illum omnis actio denegatur, quae vel ex persona fideiussoris, vel ex natura fideiussionis, vel ob culpam aut dolum creditoris denegatur. Dicere non attinet de fideiussore succedaneo ideo tuto, quia neque fideiubere potest, neque fideiussio efficax est. Haec enim communia sunt, et singularia quaedam adduxisse potius habeo. Fideiussor faciens omnino non tenetur.

a) Sic debitore nondum excusso non obligabitur, non quidem ipso iure, sed ope demum exceptionis tutus, modo exceptionem non omisserit.

b) Fideiussor succedaneus conveniri nequit, quando creditor omnino non impeditus contra fideiussorem primum non egreditur.

q) D. XLV. I. 49. At si pater in mora fuit, non tenebatur filius, sed utilis actio in patrem danda est, quas omnia et in fideiussoris personam dicuntur.

r) Leyfer med. Sp. XXIV. m. 7.

s) D. 50. 8. 2. §. 12. nisi proprius quid in persona eorum verbis obligationis expreßum est.

Nec obstat D. XIII. 10. 8. nam in illa lege fideiussor se obligaverit illum summann Capnae solvendi;

Schmidt de fideiussi plane non obligato, §. 56.

ss) D. XLVI. I. 51.

t) Schmidt Klagen, §. 841. Herring tract. de fideiuss. cap. XXI.

u) D. XLVI. I. 4. §. 1. C. 8. 41. 24.

XLVIII. SECTIONE II. CAPUT I.

rit. Pendet enim adhuc conditio, neque dies venit obligationis succedaneae ^a).

c) Plane non obligatur, quoties creditor sua culpa vel suo dolo rem suam aliunde non salvam habet. Sibi enim soli nocet, non aliis ^y), et Justinianus non permisit negligenti creditori, ut intercessoribus molestus sit ^z). Si igitur creditor, a fideiussore succedaneo provocatus, contra fideiussorem non egit, aut in executione negligens fuit, a fideiussore succedaneo satisfactionem non petet, patetque actionem non dari contra fideiussorem succedaneum, quae nequidem contra fideiussorem primum institui potest, quia forte eventus adhuc pender. Eodem iure fideiussor succedaneus liberabitur creditore solutionem iusto tempore oblatam recusante, si debitor postea bonis exutus soro cesserit. Nam et fideiussor primus et fideiussor succedaneus creditorem agentem repellent, excipientes creditorem solutionem repudiassē ^a). Itidem frustra creditor contra fideiussorem primum vel fideiussorem succedaneum aget, si debitori debitum prorogaverit, et iam solvendo esse desierit. Video tamen hic doctores ^b) distinguere tempus ad finiendam obligationem ab eo, quod ad finiendam solutionem adiectum est. In illo casu fideiussorem obligatum negant ^{bb}), nisi creditor liquido probaverit, iam tunc debitorem solvere non potuisse ^c).

In

^x) D. XLVI. 1. 116. a Maevio enim ante Titium excellum non recte pe-tatur.

^y) Meier Colleg. argent. tit. de fideiuss. §. 18.

^z) D. 50. 17. 203.

^z) Nov. 4. cap. 1.

^a) Boehmer doctri. de actin. Sect. 2. cap. 8. §. 50. D. XLVI. 3. 72.

^b) Schmidt de fideiuss. plane non obligat. §. 213 — 219.

^{bb}) Vinnius Select. inris Quæst. Lib. II. Cap. XXI. C. 8. 41. 26.

^c) Quistorp rechtliche Bemerkun-gen aus allen Theilen der Rechtsge-lahrheit, 1793; Bemerkung 79. Mit Recht machen jedoch bewährte Rechtslehrer, so viel die vergangene Zeit

In posteriori vero casu fideiussorem ideoque et fideiussorem succedaneum condemnant, nisi expresse protestati fuerint. Quando creditor dolose versatus est, fideiussor succedaneus non tenetur, sed de dolo malo excipiens petentem creditorem repellit. Quae quoque exceptio ruerbit fideiussorem contra creditem, qui debitori debitum remisit et absente debitore solutionis praestandae tempore debitum a fideiussore petat; decipiendi enim animo consilium mutasse videtur.

§. V.

Quia omnia beneficia fideiussoris et succedaneo fideiussori competit, nec ei ordinis beneficium denegari potest, item beneficium cedendarum actionum habet. A sua obligatione liberatur fideiussor succedaneus iisdem modis, quibus fideiussor generatim. Ex notione fideiussionis succedaneae intelligitur, fideiussorem succedaneum liberari fideiussore solvente. Fideiussor enim succedaneus obligatur quidem creditori, sed non fideiussori primo. Ponamus vero, creditorem fideiussorem primum dimisisse, aut reddito fideiussionis instrumento aut alio modo; sed ne tunc quidem ei contra succedaneum fideiussorem agendi ius erit, quia eventus non adest, in quem fese obligavit, quo cessante dies non venit^{d)}, et dimittens fideiussorem primum clare indicat, se aliquid petere a fideiussore primo nolle.

§. VI.

Zeit betrifft, die Einschränkung, daß der Gläubiger gleichwohl aus der Bürgschaft den Bürgen, noch besprechen können, wenn er sich gleich früher oder zu der Zeit, da die Bürgschaft noch wirklich bestand, gemeldet und auf seine Bezahlung gedrungen habe... Puffendorf Tom. 2. Obs. 42.
d) D. 50. 16. 213.

G

LXVII. SECTIO II. CAPUT I.

§. VI.

Iam clare constat differentia, quae fideiussorem succedaneum et fideiussorem fideiussoris intercedit, quae praecipue in origine obligationis et in modo tollendi eam conspicitur. Nam quod ad prius, fideiussoris succedanei acceptio negotium est, inter creditorem et fideiussorem succedaneum gestum, cum e contrario, quod fideiussorem fideiussoris facit, negotium sit inter fideiussorem principalem et fideiussorem fideiussoris celebratum. Deinde fideiussor succedaneus in gratiam creditoris, fidem interponit: fideiussor vero fideiussoris in gratiam fideiussoris principalis. Et qua obligationem ipsam differunt, quod fideiussor succedaneus creditori respondeat de eo, quod a fideiussore primo servare nequit, fideiussor vero fideiussoris solvere deberet, quod fideiussor principalis a debitore principali recuperare nequit. Qua tollendi obligationem modos differunt, quod fideiussio succedanea solutione a fideiussore primo facta expiret, fideiussor vero fideiussoris liberetur, si in opia fideiussorem principalem excusaverit. Cum vero vulgo fideiussorem succedaneum cum fideiussore fideiussionis commisceant, non est quod insolentiam casuum in practicis libris miremur.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

D E
DIFFERENTIIS FIDEIUSSORIS INDEMNITATIS
ET FIDEIUSSORIS FIDEIUSSORIS.

In isto loco a definitione fideiussoris indemnitas ordiri placet, cum in ea formanda non ubique eandem sententiam foveant. *Fideiussor indemnitas* d^d) in genere dicitur: *qui damni reparationem promittit*. Huius promissio vel creditoris fit, vel fideiussori, illa fideiussorem indemnitaris in specie efficit. Ideo fideiussor indemnitas, in specie respectu creditoris est, qui fidem suam apud eum depositum, de solvendo eo, quod minus creditor a debitore vel a fideiussore fit consecuturus. Fideiussor indemnitas in specie respectu fideiussoris est, qui eum securum reddit de damno ex fideiussione suscepit oriundo. Quot sunt species fideiussorum in genere, tot sunt fideiussorum indemnitas. Nam fideiussio indemnitas neutiquam requirit fideiussorem iamiam existentem. Si itaque fideiussor iam fideiuesserit, et deinde fideiussor indemnitas promitterat creditori, quod minus a fideiussore obtinebit, fideiussor indemnitas succedaneus erit et non fideiussor indemnitas simplex. Neque sana ratio, neque legum auctoritas impedit, quominus fideiussor indemnitas

G 2

nitatis

d^d) XLVI. II. 6. Quanto minus a
Titio debitore exigendum tantum fide-

iubes? D. XLV. I. 116.

nitatis exprimittar, quod creditor nequidem a fideiussore succedaneo obtinere potest. Fideiussor indemnitatis in specie, qui in gratiam fideiussoris fideiussit, vel fideiussor indemnitatis vel fideiussor fideiussoris indemnitaris est. Omnes has species vero exequi instituti ratio prohibet, cum apud animum constituerim de solo fideiussore indemnitatis in genere hic quaedam addere.

§. II.

De fideiussione indemnitatis oratio ab indemnitatis verbi vi et potestate pender: fideiussio vero indemnitatis a promissione indemnitatis multum distat. Promissio indemnitatis, sive cautio indemnitatis^{e)}, ad incertum et non determinatum damnum spectat, et in quoquaque negotio interponitur. Cum fideiussione haec cautio nullam habet communionem, cum ee) ex fideiussione certum quodammodo damnum imminet. Semper fideiussio indemnitatis notionem damni comitem habet. Fideiussor indemnitatis in genere creditorem securum facit de damno ex fideiussione oriundo, eiusque promissio non tam ex verbis, quam potius ex mente contrahendum iudicatur^{f)}.

Quan-

e) D. 36. t. 16. §. 14.
ee) Hasing Tract. de fid. Et hoc amplius fideiussorem indemnitatis in solidum non obligatum, unum et eum fideiussore fideiussoris et cum conludatore faciunt, ut patet ex Gailio l. c. n. 13. Sed profecto male, non enim omnis fideiussor fideiussoris est fideiussor indemnitatis, cum etiam fideiussor fideiussoris ab initio in solidum iussione indemnitatis, quia in id tantum tenetur, quanto minus creditor

a debitore consequi possit. — Interm non nego etiam pro primo fideiussore aliud fideiussorem intervenire posse, qui quidem non in solidum tenetur, sed indemnitatem tantum promittit, quemadmodum quotidie videmus.

f) D. XVI. t. 8. §. 1. ex quo textu non patet, magnam esse differentiam inter promissionem indemnitatis et fideiussionem indemnitatis. Quamquam certum est, foeminam non fideiubere posse et promissione indemnitatis

Quando itaque fideiussor indemnitatis in omne damnum se obligaverit, stipulatio de damno privativo accipi nequit, sed tantum de damno positivo, illud enim re vera laesionem non efficit ^z). Damnum a fideiussore determinatum, verbisque expressis definitum, non ubique omne damni genus complectitur ^h). Inde ut fideiussor indemnitatis vel generaliter vel restrictive indemnitatem asseverare potest: restricte nimurum, quando ad tempus vel ad quantitatem fidem adstrinxit.

Dies fideiussionis indemnitatis venire non potest, antequam debitor excusus est, illo enim demum excusso de damage et eius quantitate constat. Quaeri potest, an fideiussor indemnitatis, beneficium ordinis repudiare possit. Eum posse renunciare, omnino nego ⁱ), quia natura fideiussionis indemnitatis repugnat, et pacta, quae naturam rei principalis tollunt, inutiliter ineuntur ¹), pactaque non adiici debent, ut principale negotium destruant. Igitur si fideiussor indemnitatis beneficio excusionis renunciarit, natura negotii adeo convertatur necesse est ^m), ut quod revera gestum sit intelligi non possit,

tis obligatam fieri; illud tamen non ex eo fundamento, quia fideiubere nequit, derivari potest, nam de eo casu in lege mentio non facta est, sed de determinato casu, si pro filii indemnitatē promiserit; nam nunc non alienam obligationem suscipit, sed se ipsum obligatam fecit. conf. Leyser Sp. D. XXIII. m. 9.

g) Lauterbach Colleg. th. pract. p. lib. XLVI. tit. I. §. 8.

h) Cannegieser in dec. summ. prov. sen. Hass. Cass. T. I. D. 51. n. 2.

i) C. 5. 57. 2. in fin.

1) D. 43. 26. 12 pr. Stryck usu D. 1. 46. tit. I. §. 20.

m) Hipp. de Mars. tract. de fideiussor. n. 23.

Trentler. Fideiussor autem indemnitatis, et si non renunciet, nequidem

possit, neque refert hanc renunciationem deliberato animo esse factam an inconsulto ^{mm}). Nec renuncatio, ad quam iuramentum accessit, attendenda erit. Corroborandi scilicet quidem animo iuratur, sed si principale negotium non adest ⁿ), et iuramentum inutile est ^o). Et inutiliter quaeritur ^p): an ex statuti aut consuetudinis auctoritate fideiussori indemnitas non liceat beneficio excusutionis renunciare, nam substantia fideiussionis, uti diximus, non maneret ^q). Quidsi vero fideiussor quis indemnitas extiterit creditoris, hominis, qui a creditore vario modo impedito conveniri nequeat, an manebit obligatio fideiussoris indemnitas? Distinguendo respondeo; fideiussor enim indemnitas vel sciens creditorem convenire non posse debitorem, vel ignorans impedimentum creditoris, intercessit. In priori casu non fideiussor indemnitaris, sed magis est

^{mm} ex natura obligationis conveniri potest ante principalem.

Cöler I. c. cap. 10. n. 8.

Schilter de renunciat. Cap. 10. §. 23.

^{med. 12.} — Si tamen de feria partium voluntate in renunciatione constet, alind dicendum, atque per hanc formulam priorem explicatam, aut correctam potius arbitror. Si serio animo fideiussio a fideiuffore indemnitas contracta est; et postea feria voluntate eius per renunciationem mutavit obligationem suam, unum fallum esse debet, quia prima obligatio altera tollitur. Schmidt de fideiuss. princip. obligato.

ⁿ⁾ D. 50. 17. 129. §. 1.

^{o)} C. I. XIV. 5. §. 1. Secundum itaque praedictam regulam, qua ubique servari factum lege prohibente cenfemus, certum est, nec stipulationem huinsmodi tenere, nec mandatum illius effe momenti, nec sacramentum admitti.

^{p)} Lauterbach Diff. de fideiuss. indemn. §. 22. affirmat hanc questionem.

^{q)} Magdeb. Polizeyord. Cap. 53. §. 5.—6. Soll er das Beneficium excusutionis, ob er gleich demselben in der Verschreibung renunciaret, dennoch geniesen. Es geniesset auch solchen falls der Schadlosburg des Beneficii excusutionis, wenn gleich die Verschreibung mit den verbindlichen Wor-

est expromissor^r), quem credimus principaliter se obligare voluisse; in posteriori vero casu inutilis est stipulatio, cum expromittendi animus intelligi nequeat, et indemnitatis fideiussio non procedat, quia in illum eventum se obstrinxit, si damnum patiatur reus propter debitoris inopiam. Nec Maevius enim, ut at Papinianus, pendente stipulationis conditione recte potest conveniri. A Maevio enim ante Titium excussum non recte petetur^s), et ante interpellatum debitorem debitor tanquam excussum non potest iudicari, ergo non interpellato debitore neque fideiussor indemnitatis poterit conveniri. Si itaque creditor neglexerit excussum debitoris, qui postea solvendo esse desit, non recte poterit indemnitatem suam a fideiussore exigere.

§. IV.

Ex his etiam intelligimus, quando dies obligationis fideiussoris indemniratis veniat, de qua re plura dicere supersedeo. Quod vero ad ipsius obligationis attinet quantitatem fideiussor indemnitatis, qui generaliter creditori indemnitatis securitatem promisit, tenetur in id, quod minus creditor a debitore consequitur.

Prae-

Worten, trenlich sonder Arglist und Gefehrde, eingerichtet worden.

r) D. XLVI. II. 8. 4. 5. Brunne-
mann Ex. Inst. 19. ad Lib. 3. T. 21.
p. m. 161.

s) D. XLV. Tit. I. 116. Decem sti-
pulatus a Titio postea, quanto minus
ab eo consequi potes, si a Maevio sti-
pulaveris, fine dubio Maevius univer-
si periculum potest subire, sed et si
decem petieris a Titio, Maevius non

erit solutus nisi indicatum Titius sol-
verit. Paulus notat, non enim sunt
duo rei Maevius et Titius eiusdem
obligationis, sed Maevius sub condi-
tione debet, si a Titio exigi non poter-
it, igitur nec Titio convento Mae-
vius liberatur, qui an debiturus sit,
incertum est; et solvente Titio non li-
beratur Maevius, qui nec tenebitur,
cum conditio stipulationis deficit, nec
Maevius pendente stipulationis condi-
tione recte potest conveniri, a Mae-
vio

LVI. ~~RE~~ VINCUS SECTIO II. ~~RE~~ CAPUT II.

Praeterea vero etiam de usuris, impensis et sumptibus litis terretur. Sed in hoc iudicium non venit, quod creditor ius eius culpa abest. Igitur moto concursu creditorum debitoris, quando nomen suum non professus est creditor apud acta concursus, fideiussor indemnitas frustra convenietur, quia de culpa creditoris constat. Eadem est sententia, si creditor ignorans convocationem creditorum debitoris sui iudicem adire neglexit. Culpa enim iudicis concursus laetus indemnitatam suam instituta competenti actione a iudice male iudicante impetrabit⁴⁾. Sed si probabit, se ex concursu creditorum nihil accepturum fuisse, indemnitas fideiussor condemnabitur, cum praeculatio ei non nocuerit. Decem stipulatus es a Titio, postea quando minus ab eo consequi possis, si a Maevio stipulaveris, sine dubio Maevium universi periculo postea subiecit Ulpianus⁵⁾. An fideiussor indemnitaris, qui generatim fidem obligavit, de casu quoque praestando obligabitur? Nisi pacto adiecto casum receperit, illum ad eum pertinere nego. Quae dispositiones et in tutoribus honorariis obtinent. Tutores enim honorarii instar fideiussorum sunt indemnitaris, quia suo periculo curare debent, ut tutores gerentes suo officio satisfaciant, et ideo ipsi in subsidium pupillo tenentur de damno a gerentibus dato⁶⁾. De fideiussoribus indemnitaris vero, et iis, qui pro tutoribus fideiusserint, rescriptis Alexander Severus, quod maneant pupillo obligati ad id, quod

a

vio enim ante Titium excussum non recte petatur.

t)⁷⁾ Sed si debitor extra iudicialiter cum creditoribus suis transigit, ut hodie saepius inter mercatores contingit, et illi creditor, qui fideiussorem indemnitas habet, non ab eo certioritas fuit, semper ad concursum formaliter

rem provocare potest. Si vero ille certioratus fuit et non admonuit fideiussorem indemnitas, cum debitor autem transigit, desiderare a fideiussione nequit, ut superfluum illi praefteret.

u) D. XLV. 1. 116.

x) D. 23. 2. 60. §. 2. D. 26. 7. 3. §. 2.

a tutoribus vel curatoribus servari nequit ^y). Fideiussor indemnitatis restrictive intercedens, de eo tantum tenetur, quod promisit, quia et hic stricta interpretatio procedit. Si itaque certam summam indicavit aut certum tempus adiecit, lapsu temporis finitur fideiussio, aut si definitum damnum receperit, ex. gr. si Titius mutuam pecuniam Lipsiae non restituerit, maiorem indemnitatem creditor consequi nequit ^z).

§. V.

Quae dixi, satis clare distinctionis utilitatem inter fideiussorem indemnitatis et fideiussorem in genere ac fideiussorem fideiussoris demonstrant. Leyserus utilitatem discriminis condemnit, hodie nullum esse discrimen aiens esse inter fideiussorem simplicem et fideiussorem indemnitatis ^a). Sed humani quid passus est. Nam fideiussor simplex, qui in solidum intercessit, semper gaudet beneficio ordinis ^b). Quamquam sint, qui statuant, fideiussorem simplicem, quamvis renunciantem beneficio excussionis, nihilo minus illud opponere posse ^c). Est igitur discrimen. Fideiussor simplex beneficium excussionis repudiare potest, non aequo fideiussor indemnitatis, nisi de-

fru-

y) C. V. §2. 2.

z) Quaeritur adhuc, an beneficium cedendarum actionum illi competit, et certe competit, si ante excussum debitorum solvat: semper tamen rarus erit casus, quod per istam solutionem suam conditionem quam maxime deteriorum facit et quam fideiussor simplex se ipsum obligavit.

a) Leyser Med. ad D. Sp. XXXIII.

b) Hering de fideiussoribus Cap. 5. §. 62.

c) Quis Corp rechtl. Bemerkung. Bem. 2. Fürtters Rechtsfälle, Tit. 3. Bed. 80.

Schaab de fideiussore, qui ut debitorum principalem se obligaverit, beneficio ordinis gaudente. Mogunt. 1786.

Wach J. in cont. iur. civ. p. 352.

H

LVII SECT. II. CAP. II. DE DIFF. FID. INDEMN. ETC.

structa fideiussionis natura. Et fideiussor indemnitatis a fideiussore fideiussoris distinguitur. Fideiussor enim fideiussoris requirit, ut fideiussor principalis adsit, quod in fideiussione indemnitatis non requiritur. Quousque pateat ambitus obligationis, quam fideiussor indemnitatis in se recepit, generaliter una regula comprehendendi nequit. Causa enim magis ex facto diiudicanda est, quam ex iure, cum omnem obligationis ambitum definit pactum, quod de damno refarciendo creditor cum fideiussore indemnitatis iniit. Quamobrem hac de re cum legibus lectorem et iudicem ad id, quod gestum est, iamiam porius remitto.

malitiosos ut similia vellent ea
et sequens illi moniles mortales
et militares sicut et aliosque officiales
ante aliros regunt. Sic etiam magistris
militaris et aliis viris bonis. Tunc illi
et ceteris viris monilesque mens
et voluntatis natus ut simili
prosperitate nuptiis et simili

ULB Halle

001 930 540

3



56



1794 12/4

DISSESSATIO INAUGURALIS
DE
FIDEIUSSORE FIDEIUSSORIS,
NEC NON
DE
DIFFERENTIIS
INTER
FIDEIUSSOREM SUCCEDANEUM ET INDEMNITATIS.

ILLUSTRIS IURISCONSULTORUM ORDINIS
AUUTORITATE
PRO
SUMMIS IN UTROQUE IURE HONORIBUS
ET
PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
RITE OBTINENDIS
PRAESIDE
D. IOHANNE CHRISTIANO WOLTAER,
PROF. IUR. PUBL. ORDIN., H. T. DECAN. FACULT. IURID.
DIE III. MAII MDCCXCIV
DEFENDET

AUCTOR
CAROLUS AUGUSTUS GRÜNDLER,
HALENSIS.

HALAE,
TYPIS FRIDERICI AUGUSTI GRUNERTI.
(1794)

